SAC. RITVVM

CONGREGATIONE

Eſmo, & Rmo Dño Cardinali

FRANCISCO BARBERINO.

NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI CARACCIOLI

Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.

POSITIO

SVPER DVBIO:

An conſtet de validitate Proceſſus Remiſſorialis Neapoli conſtructi ſuper Fama Sanctitatis in genere dicti Serui Dei, Teſtes ſint ritè, & rectè examinati; Ac de releuantia illius, ad effectum deueniendi ad Inquiſitionem ſpecalem in Caſu &c.

NAPOLI

ROMÆ M.DCC.III.

Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt.

Digitized by Google

NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI CARACCIOLI

Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.

INFORMATIO

SVPER DVBIO.

An conſtet de validitate Proceſſus Remiſſorialis Neapoli conſtructi ſuper fama Sanctitatis in genere dicti Serui Dei, & Teſtes in eo ſint ritè, & rectè examinati; Nec non de releuantia illius ad effectum, deueniendi ad inquiſitionem ſpecialem in Caſu &c.

Eñe, & Rñe Dñe.

VIR Glorioſus, & Parens laudatur in generatione ſua iuxtà illud *Eccleſiaſtic. Cap.44.*; Ad demonſtrandum autem, quàm celebris vigeat apud Fideles æſtimatio Ven. Serui Dei Franciſci Caraccioli Fundatoris Religionis Clericorum Regularium, & quanta ſit fama Sanctitatis huius noui Patriarchæ, ſatis eſſet oculos conuertere ad eius generationem tàm fęcundè, tantaque cum æſtimatione multiplicatam à die ſui felicis deceſſus, adeòut tamquàm

lignum; quod plantatum secus decursus aquarum fructum suum dat in tempore suo *Psalm.* 1. Ex illo veluti, ex altero Iacobo Gentes, & Populi nationum exierint, egressique è lumbis eius Terram sibi, & semini suo promissam, felicitèr consecuti sint, & in dies consequantur *Genes. Cap.* 35. Vndè constitutus à Domino Legislator super eos *Psalm.* 19. in Gentis suæ generatione gloriam adeptus, in diebus habeatur in laudibus *Ecclesiastic. Cap.* 44., & oh beata Gens, cuius est Dominus Deus eius, quam elegit in hæreditatem sibi? *Psalm.* 32.

Verùm procedendo iuxtà praxim Sacræ Congregationis præscriptam in Decretis Generalibus *Libell. pag.* 37. post signatam à Sanctissimo Domino Nostro Commissionem Causę *Summario Num.* 1. ac discussum, & approbatum Processum super non cultu *Summario Num.* 2. §. 1. constructus fuit in Ciuitate Neapolis Processus super fama Sanctitatis in genere vigore litterarum remissorialium Sacrę Congregationis *Summario dicto Num.* 2. *per totum*, eiusque copia in publica forma transmissa ad Vrbem sub sigillis clausa, & ser. ser. aperta; mox in prosecutionem Causæ discutitur validitas, & reluantia illius, & desuper proponitur ab Eminentissimo Domino Ponente præinsertum dubium fauorabiliter resoluendum, vt speratur.

Etenim quoad primã partẽ dubij *VALIDITAS* patens est, tum ex fundamento Iurisdictionis Reuerendissimorum Dominorum Iudicum Remissorialium, quæ resultat ex datis in *Summario dicto Num.* 2. Tum etiam ex legitimatione Personæ Patris Andreæ Siluestri, & Patris Marij de la Torre Sacerdotum Religionis Clericorum Minorum Neapoli commorantium, qui fuerunt in solidum constituti Procuratores à Reuerendissimo Patre Generali *Summario Numer.* 3.

Tum demum, quia in constructione Processus obseruata fuerunt omnia, quæ sunt præscripta in dd. litteris Remissorialibus, vt exponendo seriem omnium actorum clarè demonstrabitur.

Siquidem die 24. Iulij 1702. præsentatis ~~litteris Sacrę~~ Congregationis Eminentissimo Domino Archiepiscopo Neapolitano, & Reuerendissimis Dominis Episcopis Fundano, & Masselubrensi Iudicibus delegatis per acta Antonij Bortoni publici Notarij *Process. fol.* 4., *& seq.*, exhibitoque à Procuratoribus Causæ mandato Procuræ in authentica forma *Process. fol.* 8. *ter.*, processum fuit sub die 27. d. ad aperitionem præfatarum litterarum, & acceptationem Iurisdictionis præuio iuramento iuxtà formam in eisdem traditam, fuitque facta deputatio Notarij actuarij, Cursoris, alterius Subpromotoris, ac loci, locique loci prò conficiendo Processu, ac recipiendis iuramentis, & examinibus Testium *Process. fol.* 49. *ter. ad* 51., quibus omnibus supra respectiuè deputatis delatum fuit iuramentum iuxtà formam datam in eisdem litteris *Proc. fol.* 52. *ad* 55., & postmodum acta primordialia fuerunt consignata Notario Actuario deputato *Process. fol.* 60.

Successiuè die 31. eiusdem repetitis præfatis litteris, articulis in illis insertis, omnibusq; alijs Iuribus productis, & actis factis *Proc. fol.* 62. *ter.*, exhibitaque notula Testium cum specificatione nominis, cognominis, ætatis, qualitatis, & professionis vniuscuiusque, præuia

cita-

citatione executa contra Subpromotores, fuerunt omnia admissa, & facta de actis *Proc. fol. 73. & seq.*

Et deindè die 2. Augusti inductis Testibus *Proc. fol.* 82., eisque delato Iuramento *Proc. fol. 85. ter. ad 111. ter.* præuia citatione contra eosdem executa *Proc. fol.* 80. *ter.*, fuit à die 12. Augusti vsque ad diem 2. Decembris deuentum ad examen decem, & octo ex illis *Process. fol. 122. ter. ad 357. ter.*, qui omnes sunt qualitate, doctrina, pietate, Religiositate, morumque integritate conspicui.

Cum autem inter Testes iuratos adessent nonnulli inducti super aliquibus miraculis in specie, & videretur prohibita admissio illotum in præsenti Processu; Idcirco DD. Iudices mandarunt dimitti examen illorum *Process. fol. 366. ter.*, & 367. *ter.* Et prò complemento Processus nominatis sub die 12. Decembris ex officio duobus Testibus omni exceptione maioribus, altero scilicet Episcopo, & altero Consiliario Regio, fuit die 15. Decembris prædicti, & 15. Februarij 1703. deuentum ad examen eorumdem, *Process. fol. 376. ter. & 388.* præuio eorum Iuramento *Process. fol. 373. tergo*, 377. *tergo & 389.*

Completo examine Testium die 19. Februarij, mandarunt DD. Iudices aperiri Processum, & declararunt fuisse in omnibus seruatam formam litterarum Remissorialium *Process. fol. 402.*, ac vlterius decreuerunt, fieri transumptum illius, ad quem effectum nominarunt Notarium, eique Iuramentum detulerunt *Process. fol. 402. ter.*, & 403. Et tandem completa dicta Copia, mandarunt illam collationari, prout fuit collationata à die 8. Martij vsque ad 13. *Process. fol. 421. ad 427.*, declaratoque die 15. d., collationem fuisse ritè, & rectè factam; dictamque Copiam in omnibus concordare cum suo originali *Process. fol. 435. ter.*, & 436. *ter.* fuit die 17. Martij subscripta, & legalizata, cum sigillis clausa, & consignata Portitori deputato, & iurato *Process. fol. 441. ad 445.*, & delata ad Vrbem consignata in actis Sacræ Rituum Congregationis.

Quo verò ad secundã partem dubij *RITVALITAS* Testium manifesta est, quia ex eodẽ Processu constat, Testes prędictos fuisse singillatim, & diligenter examinatos ab ipsismet Iudicibus delegatis iuxta formam *Textus in Can. Venerabili 52. de Testib.* ac Remissorialium, secretò, & per extensum in loco, & loco loci Sacro ad id specialiter deputato prius super omnibus Interrogatorijs, & deindè super Articulis insertis in litteris, præcedente tamen illorum inductione, citatione, & iuramento ab vnoquòque præstito, tactis Sacrosanctis Dei Euangelijs, eoque repetito in actu examinis, prout ex Tabella, quæ *datur Summario Num. 4.* cum subscriptionibus in fine singulorum Testium, DD. Iudicum, Subpromotoris interessentis, & Notarij Actuarij, claudendo quoque, & obsignando Interrogatoria, & depositiones in fine singularum sessionum vniuscuiusque examinis, vt patet ex Summario restrictiuo dato Reuerendiss. D. Promotori.

Tandèm quoad tertiã partẽ dubij *RELEVANTIA* resultat ex depositionibus decem, & octo Testium Grauissimorum, fidequè dignissimorum, qui sunt examinati in præsenti Processu Remissoriali,

aliorumque octo Illustrium pariter, & Grauissimorum Testium, qui examinati fuerunt in Processu de non cultu auctoritate ordinaria constructo in Sacra Congregatione tunc temporis examinato, ex quibus Testibus concludentissima elicitur probatio famæ Sanctitatis eiusdem Ven. Dei Famuli in genere continuæ, & diurnæ, nedum vigentis in loco, in quo obijt, ac vbi seruatur eius Venerabile Corpus, sed etiam longè, latèque diffusæ, ac in dies pererebescentis in Regionibus propinquis, & remotis, ac per totam Italiam, & Hyspaniam, maximè in ijs locis, in quibus renouantur ab eius Filijs mirabilia opera, & actus virtuosi Serui Dei ob exercitium Pietatis, & Christianarum virtutum, quod fit cum maxima examplaritate in Conuentibus, & Domibus postea fundatis, & propagatis, prout hæc omnia clariùs demonstrabuntur, percurrendo eius Sanctam vitam, & hæroicas virtutes, & recensendo felicem suum decessum sequutum cum maxima fama Sanctitatis, & affluentia Populi, atque operatione Miraculorum.

Ex nobilissimis itaque Genitoribus celeberrimæ Caracciolorum familiæ natus est Seruus Dei, cum Natalium splendore secùm traxit fulgorem omnium virtutum suorum Auitorum, & Progenitorum, & in illis nobilior, & perfectior factus est mediante diuina gratia, sanctaque, & pia suorum Parentum educatione *Summario Num.6. & 7.* adeòut de gradu in gradum proficiens in illarum perfectione, & excellentior factus in probatione vitæ, & actibus hæroicarum virtutum, ad supremum perfectionis gradum tandem deuenerit, communem consecutus vocem viri iusti, & Sancti, & celebris Dei Famuli cunctis virtutibus, ac Sanctitate insigniri, prout referunt communiter, & ex publica voce *Testes dati Summario Numer.* 5. maxime *Secundus* §.2. *Quartus* §.4., *& 5. Quintus* §.7., *& 10. Sextus* §.11. *Septimus* §.14. *Octauus* §.17., 21. *& 23. Duodecimus* §.25. *Decimus octauus* § 28., *& Primus ex officio* §.31.

Iustè, sanctèque vixit in sæculo, alienus à cunctis delectationibus, vacans actibus pietatis, & charitatis intrà Confraternitatem Beatæ Mariæ *Succurre Miseris*, non solum assistendo ab benè moriendum condemnatis mortis supplicio, verùm etiam faciendo alia exercitia spiritualia, & actus virtuosos cum magno feruore Spiritus *Summario Num.6. Testis secundus* §. 2., *& 5. Quartus* §. 11., *& 13. Septimus* §. 19., *& 20., & num. 19. Testis Nonus* §. 58., *& 59., & 63. Decimus* §.67., *& 69.* Vndè meruit tantam æstimationem, & opinionem apud Confratres, vt ob memoriam insignium operum Pietatis, & actuum cuiuscumque virtutis, quos ibi exercuit, seruetur etiam hodiè in eadem Confraternitate Effigies ipsius depicta tanquam Viri iusti, & celebris in Sanctitate, & Virtute *Summario Num.7. Testis Tertius* §. 7. *Quartus* §. 14., *& 15., & Septimus* §. 20., *& 21.*

Sanctiorem, & perfectiorem vitam traduxit in Religione, ad quam vocatus fuit ab Altissimo modo quodam extraordinario, & ibi quot labores, incommoda, difficultates, obstaeula, & pericula non tolerauit, ac substinuit, procurando eius fundationem, & extensionem, ac tradendo Regulas, & Instituta, ac tandem illam regendo, & gubernando maxima cum exemplaritate, & vtilitate suorum Religiosorum, *Summario num. 6. Testis secundus ex officio*

§. 34.

§. 34. & 35. *num.* 7. *Teſtis Secundus* §. 3. *Quartus* §. 16. *Septimus* §. 18. & *num.* 8. *idem Secundus* §. 12. & 13. & 15. *Tertius* §. 23. *Quintus* §. 33. *Septimus* §. 44. *Octauus* §. 50. & 55.

In ea itaque vixit vitam ſanctam ornatam omnibus virtutibus tùm Theologalibus, tùm etiam Cardinalibus, *Summario Num.* 8. & in cunctis Locis, in quibus moratus eſt, reliquit maximum odorem ſuarum heroicarum virtutum, ac communem famam ſuæ probitatis, inconeuſſæ, ac heroicæ Fidei, firmiſſimæ Spei, feruentiſſimæque Charitatis, continuæ orationis, meditationis, & contemplationis, feruoris Spiritus in celebrando, & orando, profundiſſimæ humilitatis, admirabilium mortificationum, ac pœnitentiarum, *Summar. d. Num.* 8. *Teſtis Secundus* §. 1. 2. 4. 5. 6. *ad* 11. & 16. 17. & 18. *Tertius* §. 20. 21. 22. & 24. *Quartus* §. 25. 27. 28. & 30. *Quintus* §. 31. 32. 34. 37. & 38. *Sextus* §. 40. 41. 42. *Septimus* §. 45. 46. & 49. *Octauus* §. 51. 52. 53. 54. & 56. *Nonus* §. 57. 58. 59. & 60. *Decimus* §. 64. 65. 66. & 68. *Vndecimus* §. 70. & 73. *Decimus ſeptimus* §. 77. & 78. *Primus ex officio* §. 79. 84. & 85. Apud Perſonas graues, nobilitate Sanguinis illuſtres, Virtute conſpicuas, Religioſas, & Eccleſiaſticas, ac etiam Cardinales, & Epiſcopos, ac Summos Pontifices, *d. Num.* 8. *Teſtis Nonus* §. 61. & 62. *Vndecimus* §. 71. & 72. *Decimus ſeptimus* §. 76. *Primus ex officio* §. 80. & 81. Et tanta eſt fama eius heroicarum virtutum, vt ad excitandum in Religioſis feruorem Spiritus, publicè legatur in Cænaculo à Religioſis etiam aliarum Religionum Vita ipſius Serui Dei, *vt dicto Num.* 8. *Teſtis Quartus Religioſus ex Cler. Regul. Theatin.* §. 26. vbi ait audiuiſſe legi eius Vitam in Cænaculo ſuæ Domus.

Hæroicus in Virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus fuit Vir magnarum Virtutum, ſummoperè exercitatus in multis, & inſignibus actibus Chriſtianarum perfectionum, Religioſus magnæ charitatis, orationis, humilitatis, obedientiæ, paupertatis, & mortificationis, deditus exercitio orationis, meditationis, & contemplationis, inſtituit orationem continuam, deuotiſſimus Paſſionis Chriſti Domini, SSmi Sacramenti, Bmæ Virginis, & Sanctorum, ſeueriſſimus erga ſemetipſum abſtinentijs, ieiunijs, cilicijs, flagellationibus, mortificationibus, alijſque auſteritatibus caſtigabat, & macerabat Corpus ſuum etiam cum detrimento propriæ ſalutis, pœnitentiam itaque adeò peramauit, vt inſtituerit inter Regulas continuam mortificationem, vnde apud omnes fuit conſtitutus quoad vixit in ſumma æſtimatione, & opinione magni Serui Dei, *Summ. Num.* 9. *Teſtis Secundus* §. 1. 2. *Tertius* §. 8. 9. & 10. *Sextus* §. 12. 13. & 14. *Septimus* §. 16. & 17. *Octauus* §. 18. & 19. *Vndecimus* §. 20. 21. 22. 25. & 26.

Perfectiſſimum Religioſum ſe demonſtrauit in cunctis ſuis actionibus, obſeruando eum magna ſolertia præcepta Dei, & Eccleſiæ; & Inſtitutum ſuæ Religionis, & æquali eum vigilantia profitendo, & practicando exactiſſimam paupertatem, Angelicam puritatem, & caſtitatem, ac admirabilem obedientiam, & contemptum ſui ipſius, omniumque rerum temporalium, & mundanarum, *d. Num.* 9. *Teſtis Secundus* §. 5. 6. & 7. *Tertius* §. 11. *Sextus* §. 15.

Ex dicta bonitate, & puritate Vitæ fuit condecoratus ab Altiſſimo plu-

pluribus Gratijs & Donis ſupernaturalibus, nempè prædictionis rerum futurarum, reuelationis rerum occultarum, penetrationis, & ſcrutationis Cordium, *Summario Num.* 10. *per tot.* ac etiam alijs Illuſtrationibus, quas manifeſtauit in ſplendore Vultus tempore orationis, *d. Num.* 10. *Teſtis Secundus* §. 2.

Defatigatus tandem à pluribus, & quidem difficillimis itineribus, & laboribus perpeſſis, pro dilatanda eius Religione, & ab indefeſſo exercitio actuum Pietatis, & Charitatis, aſſiduæ orationis, ac quotidianarum auſteritatum, ieiuniorum, vigiliarum, flagellationum, aliarumque macerationum, infirmatus ad mortem in Ciuitate Angloni, gloriosè ad Cœlum euolauit, die 4. Iunij Anno ſalutis 1608. plenus bonorum operum, *Summario Num.* 11. *per tot.*, de quo profectò dici poteſt = Felix, & Beatus Vir, qui in lege Domini meditatus eſt die ac nocte, eiuſque voluntas fuit ſemper in lege Dei, adeòque nouit Dominus viam eius *Pſalm.* 10.

In vltima ſuæ Vitæ periodo ſe exercuit in tenerrimis colloquijs, magniſque feruentibus actibus Contritionis, & Amoris erga Deum, & plenus ſpe, ac confidentia identidem repetebat ſæpiſſimè illa verba : *Eamus, Eamus ad Cœlum, Summar. Num.* 10. *Teſtis Sextus* §. 4. *& Num.* 11. *Teſtis Secundus* §. 2. 6. *& Octauus* §. 21.

Eius Mors ſecuta eſt eodem tempore, quo ſucceſſit illa Beati Andreæ Auellini, exindèque communiter dicebatur, deceſſiſſe vnico tempore duos Inſignes, & Illuſtres Dei Seruos, & cum maxima fama Sanctitatis, quæ fuit ſemper continua, firma, & conſtans, & nunquam diminuta, imò ſemper adaucta cum perſeuerantia in loco, quo deceſſit, & alibi apud Perſonas Graues, Eccleſiaſticas, Nobiles, & magnæ qualitatis, fideque digniſsimas, *Summario dicto Num.* 11. *Teſtis Secundus* §. 3. 7. 11. *& 12. Sextus* §. 13. 15. *& 16. Octauus* §. 17. 19. 20. *& 22. & alij Teſtes Proc. de non Cultu ſcilicèt primus* §. 23. *& 25. Secundus* §. 29. 30. *& 31. Tertius* §. 33. *& 34. Quartus* §. 36. *& 37. Quintus* §. 39. 40. 41. *& 42. Sextus* §. 44. 45. 46. *& 47. Septimus* §. 49. 50. *& 51., & Octauus* §. 53. 54. 55. *& 56.*, qui omnes dicunt eſſe vocem communem, quòd Seruus Dei poſt tradctam ſanctiſsimam Vitam obijt cum maxima opinione Sanctitatis.

In die eius Funeris magnus fuit Concurſus Populi etiam ex Regionibus exteris, qui pro deuotione acceſsit ad viſitandum, & deoſculandum Ven. Corpus, pluraque Prodigia, & Miracula ſecuta ſunt virtute eius Interceſsionis; Ex eius autem Corpore ſuauiſsimus odor emanauit; Vnde opinio eius Sanctitatis magis adaucta fuit, *d. Num.* 11. *Teſtis Secundus* §. 4. *& 5. Sextus* §. 14. *Octauus* §. 18. & ex Teſtibus deſumptis ex Proceſſu de non Cultu, *Primus* §. 27. *Secundus* §. 31. *Tertius* §. 33. *& Num.* 12. *Teſtis Secundus* §. 2. 3. *& 4. Sextus* §. 10. 11. *& 12.*

Diuulgata Fama Suæ Sanctitatis, fuit dictum Corpus translatum, & reconditum in Eccleſia Domus Neapolis per ipſum fundatæ, hac occaſione renouatus fuit concurſus Populi, & operatio Miraculorum *Summario dicto Numer.* 11. *Teſtis Quartus* §. 9. *& 10.*, *& Teſtes ex Proceſſu ſuper non Cultu, Primus* §. 8., *Secundus* §. 32., *Tertius* §. 25., *Quartus* §. 28., *Quintus* §. 43., *Sextus* §. 48., *Septimus* §. 52., *& Octauus* §. 57., *& Numer.* 12.

Teſtis

Teſtis Sextus §.13., *& Octauus* §.14., 15., *& 16.*, vbi ait de ordine Superiorum fuiſſe impeditum concurſum.

Ab illa die frequens fuit, & eſt concurſus Populi ad eius Sepulchrum, Patrocinium, & Interceſſionem illius inuocantis *Summario Num.12. per tot.*, eſtque eius memoria in benedictione non ſolùm Neapoli, Romæ, in Hiſpania, Panormi, Meſſanæ, Catanæ, verùm etiam in alijs Ciuitatibus, ad quas peruenit notitia eius Sanctæ Vitæ, ac glorioſæ Mortis, & in ijs præſertim Locis, in quibus eius Religio fundata eſt *Summ. Num.13. Teſtis Secundus* §.1., 4., *& 6. Tertius* §.7., *Octauus* §.9. *& 10., & ex Proc. de non Cultu, Teſtis Secundus* §.11., *Quartus* §.13., *Quintus* §.15., *Septimus* §.18. *& 19., & Octauus* §. 22. frequentiſſimè etenim recurrunt fideles ad eius interceſſionem in eorum neceſſitatibus, anguſtijs, afflictionibus, infirmitatibus, periculis, moti à fama publica Sanctitatis illius, & operationis Miraculorum *Summar. Num. 14. Teſtis Secundus* §. 1. *& 2. Quartus* §.3. *& 4. Sextus* §.5. *6. & 7. & Decimus tertius* §.8., quæ deuotio fuit ſemper continuata à die eius obitus nunquam intermiſſa, aut diminuta, imò adaucta, & in dies augetur, & propterea eius Imagines quotidiè diſpenſantur Infirmis, qui ad illius Interceſsionem recurrunt, cum viua ſpe gratiam Sanationis conſequendi, *d. Num.13. Teſtis Secundus* §. 2. 3. 4. *& 5. Tertius* §.7. *& 8. & ex Teſtibus Proc. de non Cultu, Quartus* §. 13. *& Sextus* §. 17.

Hinc igitur emanauit celebris fama Sanctitatis huius Serui Dei orta ex voce communi eius ſanctæ & virtuoſæ Vitæ diffuſa per totam Italiam, & Hiſpaniam apud Perſonas Qualificatas, Religioſas, Viroſque literis, & Nobilitate Illuſtres, ac in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutos, fideque digniſsimos, *Summario Num. 15. Teſtis Secundus* §. 1. 2. 5. *& 6. Tertius* §. 8. *& 9. Quartus* §. 10. 11. *& 12. Quintus* §.14. 15. *& 16. Sextus* §. 17. 18. 19. 20. *ad 23. Septimus* §.24. 25. *& 26. Octauus* §. 27. 28. 29. *ad 33. Vndecimus* §. 34. 35. *& 36. Decimus quintus* §. 37. 38. *& 39. alÿque octo Teſtes dati in Proceſſu de non Cultu, dicto Num. 15. à* §. 40. *ad 59.*

Illaque continua durauit, & durat non imminuta, ſed in dies adaucta, quæ ſemper magis augetur, & continuata perſeuerat, *dicto Num. 15. Teſtis Secundus* §. 7. *Quartus* §. 13. *Sextus* §. 18. *Septimus* §. 25., *& 26. Octauus* §. 32. *& 33. Vndecimus* §. 35. *Decimus quartus* §. 38. Imò in ipſius honorem, laudem & encomium factæ ſunt plures publicæ Accademiæ, vt *dicto Num. 15.* refert *Teſtis Secundus* §. 3.

Ex præmiſsis concludentiſsimè comprobata remanet magna, & vehemens Fama Sanctitatis huius Serui Dei cum ſuis requiſitis, nempè quod illa habuerit originem à ſancta illius Vita, Excellentia eius Virtutum, nec non Miraculis illius Interceſsione operatis ab Altiſsimo, quod eſt maximum indicium ad effectum Beatificationis, iuxtà auctoritatem *Seaec. de not. & Signis Sanctit. ſect. 9. cap. 7. pag. 333. litt. A. & B.*, quodque fuerit orta à Perſonis Grauibus non ſuſpectis, & fide dignis; Ac inſuper quod fuerit ſemper, & ad præſens ſit conſtans, & vniuerſalis, non diminuta, ſed in dies adaucta cum perſeuerantia non ſolùm in Ciuitate Angloni,

gloni, ac Neapolis, vbi gloriosè decesſit, & reperitur reſpectiuè humatum eius Ven. Corpus, quod exigitur à Decretis generalibus *libell. pag.*49. Verùm etiam per totam Italiam, & Hiſpaniam, & in alijs Locis, ad quæ peruenit notitia ſanctarum eius operationum; Vndè videtur concedenda Remiſſoria, ad effectum deueniendi ad inquiſitionem ſpecialem ex traditis *per Pignattell. tom.*4. *Conſult.* 69.

Quare &c.

Io: Franciſcus Fabius è Collegio Patronorum Sac. Palatij Apoſtolici.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VENER. SERVI DEI

FRANCISCI CARACCIOLI

Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.

SVMMARIVM

SVPER DVBIO:

An conſtet de validitate Proceſſus auctoritate Apoſtolica Neapoli conſtructi, ſuper fama Sanctitatis in Genere d. Vener. Serui Dei, Teſtes ſint ritè, & rectè examinati; nec non de releuantia illius ad effectum, vt deueniri poſſit ad inquiſitionem ſpecialem in caſu &c.

NEAPOLITANA.

BEATISSIME PATER.

Num. Primo. Cõmiſſio ſuper introductione Cauſæ ſignat. à Sño Dño noſtro.

THAMA Sanctitatis, cum qua Seruus Dei Franciſcus Caracciolus Fundator Religionis Clericorum Regularium Minorum ad Cælum euolauit die quarta Iunij milleſimo ſexcenteſimo octauo, nec non heroicarum virtutum, quibus fuit ab Altiſſimo illuſtratus, ac miraculorum, quæ ad illius interceſſionem tàm in vita, quàm poſt obitum fuerunt à Deo patrata, adeò actenùs aucta eſt, & in dies magis augetur, vt concepta in diuerſis Mundi partibus, maximè vero per totam Hiſpaniam, & Regnum Neapolis, & potiſſimum in ipſamet Ciuitate Neapolis erga illum deuotione à pleriſque illius nomen in eo-

Proc. fol. 17. à t.

rum neceſſitatibus inuocetur, & graniſſimorum Virorum exiſtimatione, etiam Beatificationis, & Canonizationis honore, intercedente infallibili Sanctitatis Veſtræ iudicio, dignus reputetur, ex quibus moti piaque intentione, ac particulari erga dictum Seruum Dei Franciſcum Caracciolum deuotione Catholicæ Maieſtates Caroli Secundi Glorioſæ memoriæ, & Reginæ Hiſpaniarum eius Conſortis, Domini Cardinales Portocarrero Archiepiſcopus Toletanus, & Cantelmus Archiepiſcopus Neapolitanus, Archiepiſcopi Hiſpalen., Ceſarauguſtan., & Panormitanus, Epiſcopi Triuentinus, Vrgellen., Oſcen., Segobien., Salamantin., Tiraſonen., Putebloanus, Cerien., Barchinon., Palentin., Aliphanus, Acerranus, & Celſonen., Capitula Eccleſiæ Metropolitanæ Neapolis, & Eccleſiæ Archiepiſcopalis Toletanæ, & Eccleſiarum Cathedralium Catanenſis, Valliſoletanæ, Palentinæ, Compluten., & Salmaticen., Magiſtratus Ciuitatum Neapolis, Toleti, Panormi, Cataniæ, Caliguritanæ, Valliſoleti, Compluten., Salmaticen., & Oppidi de Agnone Vniuerſitates Ciuitatis Valliſoletanæ, & Salmaticen., eorumque Collegiorum, tota Familia Caracciola, & Confratres Beatæ Mariæ de Miſericordia Ciuitatis Neapolis, Moniales Diſcalceatæ Monaſterij Regalis Matriten., Carmelitæ Diſcalceati Hiſpaniæ, & Patres Dominicani Prouinciæ Caſtellæ cum ſuis reiteratis precibus, & litteris inſtanter poſtularunt, & enixè poſtulant, vt ad eiuſdem Serui Dei Franciſci Caraccioli Beatificationem, & Canonizationem Sanctitas Veſtra procedere dignaretur. Qua proprer cum iam pridem confecti fuerint Proceſſus auctoritate Ordinaria, duo nempè in Ciuitate Neapolis, alter ſcilicet ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis dicti Serui Dei, & alter ſuper paritione decretis ſanctæ memoriæ Vrbani Octaui ſuper non cultu editis, qui ad Vrbem tranſmiſſi, & Congregationi Sacrorum Rituum exhibiti fuerunt ab eadem, iuxtà decretum generale ſeruatis ſeruandis aperti, & vnus in dicta Ciuitate Triuentina ad probandam dictam obſeruantiam prædictorum decretorum, qui in actis Sacrorum Rituum Congregationis adhuc clauſus exiſtit, cumque ſucceſſiuè fuerit per Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Franciſcum Barberinum Relatorem ad hunc effectum deputatum facta relatio in eadem Sacrorum Rituum Congregatione de contentis in prædicto Proceſſu, ad effectum obtinendi ſignationem Commiſſionis ſuper introductione Cauſæ, & eadem Sacra Rituum Congregatio, audito in voce, & in ſcriptis Reuerendo Promotore Fidei, cenſuerit Commiſſionem petitam poſſe ſignari ſi Sanctitati Veſtræ viſum fuerit; Ideò prò parte Præpoſiti Generalis, & totius Religionis Clericorum Regularium Minorum humillimè preces Sanctitati Veſtrę porriguntur, adhoc vt præuia confirmatione in Ponentem dicti Emiuentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini Relatoris à Sanctitate Veſtra deputati, Cauſam, & Cauſas Beatificationis, & Canonizationis huiuſmodi, nec non cognitionem virtutum, morumque, & miraculorum, ac publicæ famæ Sanctitatis dicti Serui

Dei

Dei Franciſci Caraccioli, Populorum, quæ erga ipſum deuotionis cum ſuis, & illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis eidem Congregationi Sacrorum Rituum committere, & mandare dignetur cum facultate in primis, & ante omnia prædictos Proceſſus ſuper non cultu conſtructos tàm in Ciuitate Neapolis, quàm in Ciuitate Triuentium, præcedenti tamen ipſius aperitione, ſeruatis ſeruandis facien. diſcutiendi, citato, & audito Reuerendo Patre Fidei Promotore ex eiſdenque declarandi dictis decretis ſufficienter paritum fuiſſe. Et quatenùs ex dictis Proceſſibus ſufficiens obſeruantia non reſultet cum facultate deueniendi ad conſtructionem alterius Proceſſus particularis ad effectum probandi paritum fuiſſe prędictis decretis coràm Eminentiſſimo Cardinali Sanctitatis Veſtræ Vicario, quatenùs in Curia reperiantur probationes, ſin minus extra Curiam coràm aliquo Epiſcopo, qui ad eiuſdem Proceſſus conſtructionem procedat, iuxtà tenorem decretorum eiuſdem ſanctæ memoriæ Vrbani Octaui, ad effectum illum poſtea in eadem Sacra Congregatione præſentandi, aperiendi, & audito eodem Reuerendo Patre Fidei Promotore diſcutiendi, & ex eo declarandi ſufficienter illis paritum fuiſſe, factaque, & Sanctitati Veſtræ relata ab eoque approbata huiuſmodi declaratione, ſi eidem Sacræ Congregationi viſum fuerit, & Sanctitati Veſtræ placuerit, poſſe ad generalem Inquiſitionem ſuper eadem fama Sanctitatis, Deuotione Populi, miraculis, & alijs denunciandis, Apoſtolica auctoritate deuenire eidem Congregationi, indulgere, & liberam concedere facultatem, ſi in Curia aderunt probationes dicto Eminentiſſimo Sanctitatis Veſtræ Vicario, ſi vero extra Curiam aliquibus Epiſcopis committere valeat, quod per ſe ſe inquirant de fama, & deuotione Populi de miraculis, & alijs denunciandis dicti Serui Dei Franciſci Caraccioli in genere tantum, & non in ſpecie, & quoad famam, ſi etiam vigeat de præſenti, & ad hunc effectum Articulos ad eoſdem Epiſcopos tranſmittere valeat, ſuper quibus, & ſuper Interrogatorijs per dictum Reuerendum Patrem Promotorem Fidei conficiendis debeant per ipſummet, & non alios Teſtes examinare cum interuentu Subpromotoris per eumdem Reuerendum Patrem Fidei Promotorem in Curia nominandi, & cum poteſtate citandi, & inhibendi etiam ſub cenſuris &c. & etiam per Edictum contradictorem &c. inuocatos &c. & alijs facultatibus oppottunis; Quibus peractis ea, quæ inuenerint, fideliter reſcribant, & Proceſſum huiuſmodi ad eamdem Sacram Congregationem eorum Sigillo clauſum per fidelem Nuncium tranſmittant, cum ipſarum litteris, in quibus ſignificent an eis videatur, quod prædictis Teſtibus, & eorum depoſitionibus ſit danda fides, & quod ſuper veritate eorumdem committenda ſit inquiſitio in ſpecie, quo Proceſſu recepto, & per Sacram Congregationem diſcuſſo eadem Sacra Congregatio Sanctitati Veſtræ referat, quod ſentiat de eius releuantia, ad effectum, vt Sanctitas Veſtra ſtatuere poſſit an deueniendum ſit ad inquiſitionem ſpecialem, quod ſi Sancti-

tas Veſtra ei locum eſſe iudicauerit, eidem Congregationi mandare, & iniungere dignetur, quatenùs eiſdem, vel alijs Epiſcopis committere valeat, vt veritatem ſuper dicti Serui Dei Franciſci Caraccioli fama, deuotione Populi, vitæ Sanctitate, puritate fidei, miraculis, & alijs in Sacris Canonibus requiſitis exactè, fidelitèr, & prudenter ſecundum Articulos, & Interrogatoria in Curiæ per dictum Promotorem Fidei danda, & illis tranſmittenda in ſpecie inquirant, & Iura, & monumenta exhibenda coram ipſis recipiant cum interuentu Subpromotoris per eumdem Fidei Promotorem in Curia, vt ſupra nominandi, & quidquid per Inquiſitionem ſpecialem huiuſmodi inuenerint ſuis ſigillis incluſum, caute ad eamdem Sacram Congregationem tranſmittant, vt ijs quoque receptis, apertis, & examinatis eadem Sacra Congregatio Sanctitati Veſtræ referre poſſit, an talia ſint, vt ad Beatificationem, & Canonizationem dicti Serui Dei, iuxtà Sacrorum Canonum decreta, & Sacrorum Romanæ Eccleſiæ Rituum deueniri poſſit, cum facultate litteras remiſſoriales, & compulſoriales ſupra præmiſſis, citato dicto Reuerendo Patre Fidei Promotore ad quaſcumque Mundi partes decernendi, & relaxandi etiam in Curia, nec non Iura, & monumenta recipiendi, & ſi opus fuerit, Teſtes per Eminentiſſimum Cardinalem Sanctitatis Veſtræ Vicarium, ſeù Epiſcopos, & in loco ab eo deputando, iuxtà formam dictorũ decretorum examinari faciendi, præuia citatione, & cum interuentu dicti Promororis, vel eius Subpromotoris ſuper eiſdem Articulis, & Interrogatorijs ſub cenſuris, & pœnis cum omnibus alijs facultatibus deſuper neceſſarijs, & opportunis, aliaq; omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi, ſeruata tamen in omnibus, & ſingulis forma decretorum huiuſmodi, ac nouiſſimorum, non obſtantibus Conſtitutionibus etiam in vniuerſalibus, & Synodalibus Concilijs æditis, & alijs ordinationibus Apoſtolicis, Regulis Cancellariæ, cæteriſque contrarijs quibuſcumque &c. Actum &c. Tenore &c. prò plenè &c. & ſufficienter expreſſis habendo placet I.F.

Num. 2.

Litteræ Remiſſoriales Sac. Rit. Congregationis.

Proc. fol. 16.

Gaſpar miſeratione Diuina Epiſcopus Sabinenſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Carpineo, Sacræquè Rituum Congregationis Præfectus Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Archiepiſcopo Neapolitano, & Reuerendiſſimis Dominis Epiſcopis Fundano, & Maſſælubrenſi Iudicibus ad infraſcripta peragenda per eumdem prædictam Sacram Congregationem deputatis, cum clauſula tamen, quod ſaltem duo ex eiſdem Eminentiæ, & amplitudinibus in conſtructione Proceſſus infradicendi ſemper aſſiſtant ſalutem in Domino, & in Commiſſionis obedientiam, ac noſtris huiuſmodi, imò veriùs Sanctæ Sedis Apoſtolicæ firmitèr obedire mandatis. Nouerint Eminentia, & Amplitudines Veſtræ, quod commiſſa prædictæ Sacræ Congregationi à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei Franciſci Caraccioli Clericorum Regularium Minorum Fundatoris vna cum cognitione virtutum, morum-

tumque, ac miraculorum, & publicæ famæ Sanctitatis eiuſdem Serui Dei, Populorumque erga ipſum deuotionis cum illius, & illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis quibuſcumque præuia confirmatione Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Franciſci Barberini in eiuſdem Cauſæ Ponentem, ſeù Relatorem, vt ex ſpeciali Commiſſione Suæ Sanctitatis manu ſignata eidem Sacræ Congregationi directa, & ei præſentata, ac in actis eiuſdem infraſcripti Notarij, Cancellarij, & Archiuiſtæ conſignata die vigeſima quinta Ianuarij proximi præteriti, ſeù &c. huiuſmodi ſub forma videlicet &c. Et poſtea iuxtà formam, ac tenorem eiuſdem Commiſſionis propoſito per antedictum Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Relatorem in prædicta Sacra Congregatione habita die octaua Aprilis proximè præteriti, ſeù &c. ac ab ea diſcuſſo dubio, an conſtet de ſufficienti paritione decretis iuſſu felicis memoriæ Vrbani Papæ Octaui in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuper non eultu æditis prædicta Sacra Congregatio cenſuit conſtare, vt ex eius reſcripto, ſeù decreto ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro Papa approbato, & in eiſdem actis producto ſequentis tenoris videlicet:

Neapolitana Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei Franciſci Caraccioli Religionis Clericorum Regularium Minorum Fundatoris. §. 1.

Expoſito in Sacra Congregatione Rituum ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinale Franciſco Barberino dubio = *An conſtet de ſufficienti paritione Decretis ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ Octaui ſuper Cultu Seruo Dei Franciſco Caracciolo prædicto non exibito in caſu, & ad effectum, de quo agitur Sacra eadem Rituum Congregatio Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Myrenſi Fidei Promotore in ſcriptis audito cenſuit reſpondendum conſtare, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro viſum fuerit, die Octaua Aprilis milleſimo ſeptinceteſimo ſecundo.*

Et facta deindè per me Secretarium de prædictis Sanctiſſimo Domino noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, die vigeſima prima eiuſdem menſis Aprilis, & Anni milleſimi ſeptingenteſimi ſecundi.

Gaſpar Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

Et propterea ſupplicantibus Poſtulatoribus eiuſdem Cauſæ Sacra Congregatio prædicta ſub die ſexta currentis menſis cenſuit poſſe concedi litteras remiſſoriales, & compulſoriales ad effectum in iſta Ciuitate Neapolis, eiuſque Diœceſis fabricandi Proceſſum ſuper fama aſſert. Sanctitatis, Vitæ, Virtutum, & Miraculorum prædicti Serui Dei Franciſci Caraccioli in genere tantùm dirigendas Eminentiæ, ac Amplitudinibus Veſtris, cum dicta clauſula, quod dnæ ſaltèm ex ipſis Eminentiæ, & Amplitudinibus in conſtructione Proceſſus interueniant, atque ſemper procedant cum omnibus, & ſingulis facultatibus neceſſarijs, & opportunis ad annum duraturis à die decreti, ſeù reſcripti, vt ſupra emanati in eiſdem actis exhibiti, atque producti tenoris infraſcripti videlicet:

Nea-

Neapolitana Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei Franciſci Caraccioli Clericorum Regularium Minorum Fundatoris. Cum ſub die Octaua Aprilis proximè præteriti, diſcuſſa validitate, & releuantia Proceſſus particularis in Ciuitate Neapolis auctoritate Ordinaria ſuper Cultu Seruo Dei Franciſco Caracciolo prædicto ex reſcripto Decretorum Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & Decretorum ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ Octaui non exhibito Sacra Rituum Congregatio reſcripſerit conſtare de ſufficienti ſupra recenſitis decretis patitione, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro viſum fuerit, ſubſequuta pomodum Sanctiſſimi Domini noſtri ſub die vigeſima prima eiuſdem menſis Aprilis eiuſdem decreti approbatione. Ad humillimas modo Cauſæ prædicti Serui Dei Franciſci Caraccioli Poſtulatorum inſtantias, Sacra eadem Rituum Congregatio ad effectum procedendi ad vlteriora in cauſa, nec non ad formam prædictorum decretorum generalium deueniendi ad Inquiſitionem Famæ, Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum dicti Serui Dei ingenere litteras Remiſſoriales, & Compulſoriales prò Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Archiepiſcopo Neapolitano, & Epiſcopis Fundano, & Maſſælubrenſis dirigendas, cum clauſula, quod duo ſaltèm ex ipſis in conſtructione Proceſſus ſuper Inquiſitione Generali prædicti ſemper aſſiſtant, & termino vnius Anni ad illum perficiendum ab infraſcripta die incipiendo poſſe concedi cenſuit, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro viſum fuerit die ſexta Maij milleſimo ſeptingenteſimo ſecundo.

Et facta deindè per me Secretarium de prædictis Sanctiſſimo Domino noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, die decima tertia eiuſdem menſis, & anni milleſimi ſeptingenteſimi ſecundi.

G. Cardinalis Cardineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

Citatoque igitur nouiſſimè per vnum ex Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſoribus coram dicto Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Franciſco Barberino Ponente, ſeù Relatore prædicto Reuerendiſſimo Domino Proſpero Bottino Archiepiſcopo Myrenſi Sanctæ Fidei Promotore à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputato, primò ad dicendum contra dictam Commiſſionem, & reſpectiuè prædicta decreta, ſeù reſcripta, & poſtea ad dicendum contra poſitiones, & articulos in eiſdem actis facta datos, quorum Copia ſibi tranſmiſſa fuit ad effectum ſuper illis in ipſa Ciuitate, & Diœceſi Neapolitana examinandi Teſtes inducendòs, & ibi conficiendi Proceſſum ſuper dicta aſſerta fama Sanctitatis Virtutum, & Miraculorum dicti Serui Dei in genere tantum, videndumque illos, & illos ad probandum admitti, Teſtesque deſuper inducendos mandari examinari, decernique ac relaxari litteras Remiſſoriales, & Compulſoriales exequendas in antedicta Ciuitate, & Diœceſi Neapolis, & Eminentiæ, ac Amplitudinibus Veſtris Iudicibus per dictam Sacram Congregationem, dictumque

Emi-

Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Relatorem, & nos reſpectiuè, vt præmittitur deputatis dirigendas cum dicta clauſula, quod ſaltem dux ex ipſis ad conſtructionem dicti Proceſſus ſimili, & Coniunctim ſemper procedant, cum omnibus, & ſingulis facultatibus deſuper neceſſarijs, & opportunis, ac termino vnius Anni incipiendi à die vltimo dicti reſcripti, & ad illius formam, & tenorem, concordandumque de Veſtris Eminentia, & Amplitudinibus, terminoque, ac loco, ſeù locis prædictis, locorumque prædictis locis, & Portitore, nec non conſtituendi aliquem, ſeù aliquos fidei Subpromotores per acta infraſcripti Notarij Cancellarij, & Archiuiſtæ, qui huiuſmodi Proceſſui interſit, & comodè citari poſſit in partibus, alias videndum mandari fieri Proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ prædictæ Ciuitatis, & aliorum locorum Diœceſis illius, nec non ad dandum Interrogatoria in dictis litteris includenda aliàs videndum illos mandari, expediri, claudi, & ſigillari, Teſtesque examinari ſine illis, & quodumque aliud decretum in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna fieri, & Interponi ad infraſcriptam diem, eaque aducniente, ac in huiuſmodi citationis termino coram dicto Eminentiſſimo Domino Cardinali Barberino Ponente, ſeù Relatore comparuit Admodum Reuerendus Pater Philippus Guttier Procurator huiuſmodi cauſæ, vt in actis, & facto produxit poſitiones, & Articulos in calce præſentium regiſtrandos, & inſtetit illas, & illos ad probandum admitti Teſtesque inducendos, mandari, examinari, & decerni, & relaxari litteras Remiſſoriales, & Compulſoriales Eminentiæ, & Amplitudinibus Veſtris Iudicibus vt ſupra deputatis dirigendas, & intra dictum Annum exequendas, & aliàs prout in ſupradicta Citatione, ac inferius latius dicitur, dictusque Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Relator dictæ Commiſſionis prædictique decreti, ſeù reſcripti formam inſequendo eaſdem poſitiones, & articulos ad probandum admiſit, & huiuſmodi Teſtes examinari mandauit, litteraſque Remiſſoriales, & Compulſoriales prędictas in genere tantum eum dictis facultatibus ad dictum Annum vt ſupra incipiendum duraturis, & Eminentiæ, & Amplitudinibus Veſtris Iudicibus vt ſupra per dictam Sacram Congregationem ad formam prænarrati eius Decreti, ſeù reſcripti vltimo loco ſupra regiſtrati dirigendas decreuit, & relaxauit, ac expediri, claudi, & ſigillari mandauit, & Eminentiam, ac Amplitudines Veſtras in Iudicis ad eaſdem litteras exequendas ad formam prædicti decreti, ſeù reſcripti vltimo loco emanati, & prò loco, ſcù locis, dictam Ciuitatem Neapolis, & alia loca eiuſdem Diœceſis prò loco vero, ſeù locis dicti loci, ſeù locorum locum, & loca ibidem prò huiuſmodi litterarum exequtione per earum exequutores deputanda, Portitoremque prò earumdem litterarum aſportatione deputauit. Iniungendo tamen iuxtà diſpoſitionem nouiſſimorum decretorum prædictæ Sacræ Congregationis quod ante Inchoationem huiuſmodi Ptoceſſus Eminentia, & Ampli-

plitudines Veſtræ Iudices, vt ſupra deputati Iuramentum ſeparatè præſtent de ſeruando ſecretum ſub pœna excommunicationis ipſo facto in caſu contrauentionis incurrendæ ſequenti forma in eiſdem decretis præſcripta videlicèt =

Ego (exprimendo nomen, & cognomen) Tacto pectore more &c. Iuro, & promitto fidelitèr adimplere munus mihi Commiſſum circa fabricationem Proceſſus in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei Franciſci Caraccioli iuxtà formam decretorum Sacræ Rituum Congregationis, & præcipuè nouiſſimorum, quę confirmata fuerunt à Sanctę Memoriæ Innocentio Papa Vndecimo, nec non iuro, & promitto religiosè ſeruare Secretum tàm de contentis in Interrogatorijs, quam de Teſtium depoſitionibus ſuper ijſdem, & ſuper Articulis, nec de eis loqui cum aliqua perſona exceptis alijs Iudicibus, & Subpromotoribus, ac Notario prò eodem Proceſſu deputatis ſub pœna periurij, & excommunicationis latæ ſententiæ à qua non niſi à SummoPontifice (excluſo etiam maiori Pœnitentiario) præterquàm in mortis Articulo abſolui poſſim, & ita promitto, & Iuro ſic me Deus adiuuet; prout nos quoque inſtantèr prò præmiſſis requiſiti conſiderantes æquum, & Chriſtiana Religione dignum eſſe Dei Gloriam, quæ in ſeruis ſuis reſplendet manifeſtam fieri, volentesque ea, quæ à Sancta Sede Apoſtolica committuntur, quæque in prædicta Sacra Congregatione Statuta ſunt debitè exequutioni demandare, admiſimus, mandauimus, deputauimus, decreuimus, & relaxauimus, ac admittimus deputamus, decernimus relaxamus, & eaſdem litteras modo, & forma infradicendis expediri mandamus. Qua propter Eminentiam, & Amplitudines Veſtras de quarum fide, integritate, Zelo Religionis, perpetuaque ac debita erga Sanctam Sedem Apoſtolicam Obedientia plurimum in Domino eadem Sacra Congregario confidit, & nos quoque confidimus, requirimus, & monemus, ac Vobis etiam Auctoritate Ordinaria eiuſdem Sac. Congregationis, & reſpectiuè Apoſtolica, qua in hac parte fungimur per præſentes Committimus, & mandamus, vt præſentibus Remiſſorialibus, & Compulſorialibus litteris Eminentiæ, & Amplitudinibus Veſtris Iudicibus vt ſupra deputatis, præſentatis, intra terminum prædictum eadem Eminentia, & Amplitudines Veſtrę, à quibus præſentes exequentur, vice noſtra in ſingulis actibus procedentes, omnes, & ſingulos Teſtes, literas, ſcripturas, Inſtrumenta, monumenta, & alia quæuis probationum genera, quos, vel quæ coram eiſdem præſentium literarum exequutoribus induci, & reſpectiuè produci, & Compulſori contigerit à Perſonis legitima Procurę mandata habentibus recipiant, & admittant, dictique Teſtes antequam examinentur ſuper articulis ex parte Poſtulatoris huiuſmodi Cauſæ datis, & in calce præſentium regiſtratis Interrogentur iuxtà Interrogatoria à Reuerendiſſimo Promotore fidei data hic in Curia, & præſentibus noſtris literis adiuncta, clauſa, & ſigillata non aperienda niſi coram eiſdem ex Eminentia, & Amplitudinibus

bus Veſtris Iudicibus antedictis à quibus præſentes exequentur in actu examinis, denuoque claudenda, & obſignanda ſigillis eorumdem exequutorum preſentium litterarum in fine cuiuslibet Seſſionis examinis dictorum Teſtium proùt ſimili modo claudi, & obſignari ac reſpectiuè aperiri debent depoſitiones ipſorum Teſtium ſicque clauſa, & obſignata, cum eiſdem Teſtium depoſitionibus retinenda vſque ad perfectionem huiuſmodi Proceſſus, & deindè ſuper antedictis Articulis, vel poſitionibus in fine præſentium litterarum vt ſupra regiſtratis in Eccleſijs, vel Oratorijs, Pijsque locis per eoſdem præſentium litterarum exequutores eligendis, ac deputandis prò Tribunali Sedentes admittant recepto prius in manibus Veſtris ab ipſis Teſtibus cuiuſcunque gradus, ſtatus conditionis, & ſexus exiſtant etiam Sacerdotibus (exceptis Epiſcopis) Iuramento tactis Sacroſangis Dei Euangelijs coram eiſdem Eminentia, & Amplitudinibus Veſtris, à quibus præſentes exequentur, poſitis, & non aliàs aliter neq; alio modo, Iuramentum non ſolum de veritate dicenda ſuper quibus examinabuntur, verùm etiam de ſeruando ſecretum ſub pæna excomunicationis ipſo facto incurrendæ in caſu contrauentionis, iuxtà formulam ſequentem in eisdē nouiſſimis decretis traditam videlicèt,

Ego N. (exprimendo nomen, & cognomen) tactis Sacroſanctis Euangelijs coram me poſitis Iuro dicere veritatem tàm ſuper Interrogatorijs quàm ſuper Articulis ſuper quibus examinabor, nec non ſeruare Secretum nec alicui penitùs reuelare tàm contenta in eiſdem Interrogatorijs, quàm reſponſiones, ac depoſitiones à me faciendas ſub pæna periurij, & excomunicationis latæ ſententiæ à qua non niſi à Summo Pontifice (excluſo etiam maiori Penitentiario) præterquam in mortis Articulo abſolui poſſim, & Ita promitto, & Iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Eademque Teſtium Iuramenta, nec non depoſitiones, ac dicta excipiant, & prò fide dignum Notarium publicum Apoſtolicum, ſiuè Eccleſiaſticum per eoſdem præſentium litterarum exequutores deputandum, qui in eiſdem manibus tactis Sacroſanctis Dei Euangelijs de Officium ſuum fideliter exercendo, & de ſecretum ſeruando, iuxtà formulam ſuper hoc vobis Iudicibus vt ſupra delegatis præſcriptam, mutatis tamèn mutandis, præſtet paritèr Iuramentum, & inſcriptis redigi faciant, animaduertendo, quod Teſtes nequaquam ſe referant ad atteſtationes alias redditas, neque illis recitentur, ea quæ ipſi alias depoſuerunt, ſed quæcunque habent explanatè, ac per extenſum deponant, cætera verò Proceſſus acta in loco ſolitæ audientiæ conficiantur ipſorumque Teſtium depoſitiones, atteſtationes, ac dicta, nec non acta, citationes, & actitata quæcunque, ac ſcripturas, & Iura quomodolibet exhibita, & Compulſata fidelitèr tranſcribi, & ſucceſſiuè cum Originalibus collationari, & auſcultari faciant huiuſmodi Collationem, & auſcultationē coram præſentium exequutoribus, adhibito alio Notario, qui Iuramentum præ-

ſtet, vt de Notario Actuario dictum ſupra fuit fieri curent, omniaque clauſa, ſigillisque eorum ex Eminentia, & Amplitudinibus Veſtris à quibus præſentes &c. fuerint exequutæ obſignata,& eorum proprijs manibus firmata in publicamque, ac authenticam formam redactam, cum atteſtatione prædicti Notarij Actuarij, facienda, & intra apponenda in fine ſuper recognitione manuum ſubſcriptionum, & ſigillorum eorumdem, qui præſentes litteras exequtioni demandabunt cum ſubſequutiua legalitate, ſeù atteſtatione Eminentię Veſtræ propria manu firmata, proprioque ſigillo munita ab intra, & eodem ſigillo tantùm ab extra obſignata per fidelem nuncium, ſeù Portitorem cum Iuramento de fideliter aſportando deputandum ad nos, vel ad dictam Sacram Congregationem transmitti faciant, ſignificantes non ſolum generalitèr,quæ fides Teſtibus deſuper examinatis adhibenda ſit, ſed etiam particularitèr ſuper ijs quę per eoſdemmet Teſtes depoſita, & an in deponendo aliquid Eminentia,& Amplitudines Veſtræ à quibus præſentes exequutę fuerunt, videritis per quod reddatur ſuſpecta eorum depoſitio, decernentes irritum, & inane quidquid contra formam præſentis remiſſoriæ ſcienter, vel ignoranter fuerit exequutum. Vt autem prędicta omnia, & ſingula liberius exequantur eadem auctoritate, qua ſupra eiſdem antedictis, præſentium litterarum exequutoribus, committimus, & mandamus vt Nuncium, ſeù Nuncios prò citationibus faciendis, alijsque mandatis, ac decretis eorum exequendis præuio Iuramento ab eius receptо de fideliter Officium ſuum exercendo deputent, eosdemque Teſtes prefatos vt ſe ſe examini ſubyciant, nec non recuſantes exhibere ſcripturas ad cauſam facientes, vt illas exhibeant ſub Cenſuris, & pœnis Canonicis, omni, & quacumque appellatione poſtpoſita, omnibus Iuris, & facti remedijs opportunis cogere, & compellere valeant, citato in omnibus actis Fidei Subpromotore per dictum Reuerendum Dominum *Promotorem* hic in Curia deputato, vel alio in vim Literarum eiuſdem Reuerendiſſimi *Domini* Promotoris per eoſdem præſentium Exequutores in partibus nominando, & non aliàs, aliter,nec alio modo. Pro quibus omnibus vt ſupra exequendis talem diligentiam, curam, & fidem Eminentiam, & *Amplitudines* Veſtras adhibituras ſperamus, quales gratiam ab eadem *Sacra* Congregatione, ac retributionum labeis ab Altiſſimo pro Seruis ſuis eidem Eminentiæ, & *Amplitudinibus* Veſtris valeant comparari abſolutionem verò omnium, & ſingulorum, qui prædictas pœnas, & cenſuras quomodolibet incurrerint eiſdem Sacrę Congregationi, vel Summo Pontifici tantummodò reſeruamus. In quorum omnium, & ſingulorum Teſtimonium præſentes manibus noſtra, & infraſcriptorum Reuerendorum Dominorum Prothonotarij *Apoſtolici*, & Secretarij eiuſdem Sacræ Congregationis firmatas,noſtroque ſigillo munitas fieri, & expediri mandauimus per acta infraſcripti, ac eiuſdem Congregationis Notarij, & Cancellarij

larij, & Archiuiſtæ. Romæ ex ædibus noſtris anno à Natiuitate Sanctiſſimi Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo ſecundo, Indictione decima, die verò vigeſima menſis Maij Pontificatus autèm Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis Diuina Prouidentia Papæ Vndecimi, anno ſecundo.

Num. 3.

Mandatum pro cura proc.fo.8.à ter.

Respondit. La fama secondo il mio sentimento è vna opinione commune appresso di molte persone, conforme appunto è stata, & è quella della Santità di detto Seruo di Dio, la quale è andata, e và per le bocche di moltissime persone, & è nata da cause sufficienti, e probabili, nè altrimenti è stato, nè è vn vano rumore del popolo, sicome neanche haue hauuto origine da persone souerchiamente affettionate, ò suspette per ragione di Parentela, amicitia, ò altro *I*nteresse, seù affetto, mà più tosto, per quanto io sò, & hò inteso la fama sudetta haue hauuto origine, e si mantiene appresso persone graui, e degne di fede, e non appresso persone leggieri, & ordinarie, come donne, & altri Idioti, e la medesima fama è stata sempre costante, e perpetua, nè contro di essa si è giamai detta, fatta, ò inteса cos' alcuna, & io non posso deponere, se non che sia stata, e sia la fama della Santità di detto Seruo di Dio, in questa Città di Napoli per quel che io sò di certo, mà negli altri Luoghi tanto vicini, quanto loncani, nelli quali il sudetto Seruo di Dio hà vissuto, pratticato, è morto, hò inteso, che vi sia stata, & hoggi si mantienghi la medesima fama, & opinione di Santità, oltre che questo è vn fatto, che viene testificato in molti Libri d'Istorie, e questo è quanto posso deporre rispetto à quello, che loro Signori mi domandano.

§. 46
Apud personas fidegnas, & graues.

Ex d. positione pag. 13.

Tertius Testis Ioannes Baptista Martuscelli Iuris Vtriusque Doctor Neapolitanus atatis sua annorum quadraginta quatuor.

Iuxta octauum proc. fol. 128.

Respondit. Io colla medesima occasione della lettura de sudetti

ti Istorici, e per hauere inteſo dire publicamente tanto dalli Padri della medema Religione, quanto da altre peeſone, sò, che il ſudetto Seruo di Dio Franceſeo Caracciolo andò viaggiando in diuerſe parti del Mondo, partieolarmente in Roma, e per queſto Regno, mà per lo più ſe la fece in queſta Città di Napoli, doue fondò la Caſa di Santa Maria Maggiogiore, & in tutti li ſudetti altri Luoghi fondò Caſe di detta ſua Religione, e nella ſua età fù ſtimato per gran Seruo di Dio, e viſſe con gran fama, & opinione di Santità, quale hò inteſo communemente, che ſia ſtata continua, e commune appreſſo tutti quelli, li quali hanno hauuto cognitione delle ſue virtù, tanto in queſta Città di Napoli, quanto in altri Luoghi, doue conuersò, e partieolarmente nella Terra d'Agnone, doue ſe ne morì.

§.47. Fama Sanctitatis in vita communis, & continua Neapoli, & in locis vbi permanſit.

Et iuxta vigeſimum proc. fol. 133.

Reſpondit. La fama io dico, che ſia vna commune opinione di molte perſone, come à punto è quella della Santità di detto Seruo di Dio, la quale è ſtata, e ſi mantiene appreſſo tutti quelli, che hanno notitia delle ſue virtù, delle quali haue hauuto origine la medeſima fama, e non altrimente da perſone ſouerchiamente affettionate, ſoſpette, ò intereſſate, come à dire Parenti, Amici, Religioſi, ò altri, li quali per raggione della Chieſa, nella quale ſtà ſepolto il ſuo Corpo, ò per qualche altra cauſa, che almeno haueſſero intereſſe d'affettione, anzi che la fama ſudetta ſi ritroua regiſtrata, e menſionata appreſſo li ſudetti, & altri Autori graui, nè contro di eſſa ſi è giamai inteſa coſa alcuna in contrario, & è ſtata ſempre coſtante appreſſo tutte quelle perſone, e Luoghi, doue ſi è ſteſa.

§. 48 Fama Sanctitatis apud perſonas ſuſpectas, & Auctores graues.

Quartus Teſtis Carolus de Amato I. V. D. Neapolitanus ætatis ſuæ annorum 60.

Iuxta o ſtauum proc. fol. 141. *ter.*

Reſpondit. Per la medeſima cauſa della lettura, e traditione d'altri, sò, che il ſuderto Seruo di Dio dimorò in queſta Città di Napoli, fù in Roma, in Spagna, & in altri Luoghi di queſto Regno, e fuori di eſſo, e viſſe ſempre con fama, & opinione di gran bontà di Vita, e Santità, e li ſuoi Religioſi più vecchi m'hanno raccontato ancora l'auſterità, con la quale ſi trattaua, la ſua humiltà, & altre virtù, per le quali meritò acquiſtare queſt'aure di Santità, quale per quanto io sò, & ho inteſo dire communemente, hà durato ſempre, & hoggidi dura appreſſo tutte quelle perſone, le quali hanno hauuto notizia delle ſue Virtù, e bontà di Vita.

§. 49 Fama eius virtutũ & Sanctitatis communis perſeuerat.

Et iuxtà vigeſimum proc. fol. 146.

Reſpondit. Io giudico, che la fama ſia vn' opinione di più perſone degne di fede, e quella della Santita di detto Seruo di Dio è ſtata, & è appreſſo tutte quelle perſone, e tutti quelli Luoghi, da quali ſi è hauuta notitia, e cognitione del ſuo ſpirito, e delle ſue Virtù, ſopra le quali ſi è fondata la ſua opinione di detta Santità, e per queſta cauſa

Ex d. poſitione pag. 14.

non si puol dire, che sia stato vn vano rumore del popolo, nè tampoco hauer hauuto origine da persone affettionate, sospette, ò iuteressate, come à dire Parenti, Amici, Religiosi, ò altri, li quali per qualche causa haueſſero interesse almeno d' affettione, mà bensì è stata, & è la fama sudetta appresso persone graui, e degne di fede, nè contro di essa si è detto, fatto, ò iureso cosa alcuna, e questo è quanto posso deponere sopra questo Interrogatorio.

§.50 Apud personas graues, & fide dignas.

Quintus Testis D. Clericus Don Ioannes de Viglena Neapolitanus ætatis suæ annor. 50. circiter.

Iuxtà octauum proc. fol. 155.

Respondit. Per le medesime traditioni, e detti de miei maghiori, & altre Persone da me nominate di sopra, come anche per quello, che ne riferiscono l'Istorie, sò che il sudetto Seruo di Dio Francesco Caracciolo per lo più se la fece quà in Napoli, però fù anche in Roma, in Spagna, & in altre parti, tanto di questo Regno, come fuori, e dounque capitaua, acquistaua gran fama, & opinione di Santità, la quale in questa Città di Napoli è stata, & è più commune per causa, che se ci trattenne più lungo tempo è questa fama, & opinione è stata continua, & hoggidì dura, e perseuera appresso tutte quelle persone, le quali hanno notitia della sua vita, e Santità, ne Io ne hò inteso giamai cosa in contrario, ne tampoco sò che altri habbiano hauuto simili sentimenti contrarij, il che come prattico, & informato l'hauerei saputo, & inteso.

§.51. Fama eius Sanctitatis communior Neapoli continua perseuerat.

Et Iuxtà vigesimum proc. fol. 160.

Respondit. La fama secondo il mio sentimento è vna opinione commune, ò di più persone, circa qualche cosa, & in ordine alla fama della Santità di detto Seruo di Dio, io hò detto, e dico di nuouo che sia stata commune appresso tutte quelle persone, le quali ò per traditione ò per prattica, ò per lettura hanno hauuto notitia delle sue virtù, & hoggi dì anche è tale, perche è nata da cause sufficienti, e probabili, ne può dirsi, che sia stato vn vano rumore del Popolo, ne che habbia hauuto origine da persone souerchiamente affettionate, sospette, ò interessate, come à dire parenti, amici, Intrinseci, Religiosi, ò altri che per raggione della Chiesa, nella quale se ritroua reposto il Corpo di detto Seruo di Dio, ò per altra Causa, che haueſſero Interesse almeno per affettione, ne tampoco è nata la fama sudetta da persone leggiere, rustiche, ò ignoranti, anzi da soggetti qualificati, dotti, e degni di fede e quella è sempre durata, & hoggidì dura, ne contro di essa si è giamai detta, fatta, ò inteſa cosa alcuna, e per quanto hò communemente inteso la sudetta fama di Santità si è distesa anche in tutti li luoghi, e paesi, nelli quali il sudetto Seruo di Dio ha prattcato, e conuersato, & in altri luoghi doue è gionto il grido delle sue virtù, e questo io lo sò per la medema causa della continua prattica, quale hò colli Padri di detta sua Religione, e con altre persone,

§.52. Apud Personas qualificatas doctas, & fide dignas.

ſone inteſe,e prattiche di queſta materia,& anche per la lettura dell'Iſtorie. ex d.Poſit.p.15.

Sextus Teſtis Illuſtriſſimus Dominus Marchio Antonius Poderico Neapolitanus ætatis ſuæ Annorum quinquaginta ſex.

Iuxtà Octauum proc. fol. 168.

Reſpondit. Per la medema occaſione della lettura di detti libri d'Iſtorie, e per hauerne anco più volte inteſo diſcorrere da perſone prattiche, & inteſe, sò che il ſudetto Seruo di Dio Franceſco Caracciolo la maggior parte della ſua vita la menò in queſta Città di Napoli, e fù anche in Italia, & in Spagna, & in tutti li luoghi ſudetti, & altri nelli quali ſi è ſteſa la fama delle ſue eroiche virtù, acquiſtò aura, e nominata di gran Seruo di Dio, anche con fama di Santità, quale è ſtata ſempre continua, & hoggidì dura appreſſo quelle perſone, le quali hanno notitia, ò traditione delle ſue rare virtù.

Et Iuxtà vigeſimum proc. fol. 172. *tergo.*

Reſpondit. La fama è vn'opinione di più Perſone, circa qualche fatto, & intorno della fama della Santità di detto Seruo di Dio Francesco Caracciolo, per quanto io sò per commune traditione mentre viſſe fù appreſſo la maggior parte del Popolo di queſta Città di Napoli, & in tutti quelli luoghi, nelli quali lui conuerſò, e doppo la morte ſi è anco mantenuta, e ſi mantiene, eſſendo originata, e cauſata da cauſe molto probabili delle ſue Eroiche virtù, e non da vano rumore del Popolo, ſi come ne anche da perſone affettionate, ſoſpette, ò intereſſate per ragione di parentela, ò altro fine, ne tampoco dalli ſuoi medeſimi Religioſi mà benſì da perſone ſpaſſionate, graui, e degne di fede, e queſta fama ſi come hò detto ſempre ſi è mantenuta, conforme hoggidì ſi mantiene coſtante, & hà ſempre durato, e dura ne contro di eſſa hò inteſo, che ſi ſia fatta, ò detta coſa alcuna, e per quanto hò inteſo communemente, è cauſato anche dalla lettura di graui Autori, & vltimamente mi ricordo dal Sunnio delle ſue memorie Iſtoriche chiamato Giouanni Vincenzo Ciarlanti Arciprete d'Iſernia, che la fama della Santità del detto Seruo di Dio ſi è eſteſa non ſolamente nelli luoghi, doue prattiçò, ma anche in altri luoghi lontani, eſſendoſi in eſſi eſteſa la fama delle ſue virtù.

§.53. Communis apud maiorem parum Populi Ciuitatis Neapolis.

§.54. Conſtans durat apud Perſonas non ſuſpectas Graues, & fide dignas.

Septimus Teſtis Illuſtris Dominus Fuluius Patritius Caracciolus Neapolitanus ætatis ſuæ Annorum quadraginta quinque.

Iuxtà Octauum proc. fol. 181.

Reſpondit. Anche per publica voce, e fama, e per traditione di molti Iſtorici, e da noſtri maggiori sò, che il ſudetto Seruo di Dio habbi caminato per diuerſe parti del mondo, & in particolare in Roma in Spagna, e per queſto Regno di Napoli, e che in queſti ſuoi viaggi habbi anco edificato diuerſe Caſe della ſua Religione, e però tanto per queſta cauſa, quanto ancora per le ſue eſemplari virtù, meritò vna fama,

& opi-

& opinione commune di Santità per tutti li luoghi per doue capitaua particolarmente in questa Città di Napoli, nella quale è stata sempre continua, & hoggidì dura, e si mantiene appresso tutte quelle persone, le quali hanno qualche notitia, ò per lettura delle sue rare, & esemplari qualità, & io similmente l'hò tenuto, e reputato, conforme lo tengo, e reputo per Santo, ne già mai hò hauuto sentimenti Contrarij, ne sò, che altri siano stati di contraria opinione.

§.55. Continua durat maxime Neapoli,

ex d. Posit. p. 16.

Et Iuxtà vigesimum proc. fol. 186.

Respondit. Io sò molto bene che la fama sia vn concetto commune appresso di persone tanto nobili, quanto ignobili, dotte, religiose, e timorate di Dio, e questa fama di detto Seruo di Dio si è mantenuta, & hoggi più che mai si mantiene, e quasi, che con tutti, che hò parlato in discorso di detto Seruo di Dio hò ritrouato vn concetto commune della sua singolare bontà, ne contro detta opinione, e concetto si è intesa, ò fatta cosa in contrario, e non solamente sò, che sia stato, e sia in questa Città di Napoli mà per quanto hò inteso communemente dire, anche in altri luoghi vicini, e remoti, si come n'è publica voce, e fama, e si conosce chiaramente dalli sudetti, & altri libri d'Istorie,

§.56. In præsenti magis durat continua, & communis.

§.57. Et In alijs locis propinquis, &

Octauus Testis Admodum Reuerendus Pater Basilius Rinaldi Religionis Clericorum Regularium Minorum Neapolitanus ætatis suæ Annorum sexaginta quinque.

Iuxtà Octauum proc. fol. 194.

Respondit. Con la detta Occasione, che il detto Seruo di Dio Francesco Caracciolo, à stato nostro Fondatore, sò per hauerlo inteso dire così da detti nostri Padri antichi, come da detti libri d'Istorie, che la maggior parte della sua vità la menò in questa Città di Napoli, e fù anche in altre parti d'Italia, & in Spagna, & in tutti li luoghi doue stiede, visse, e si stese la fama delle sue ammirabili virtù, acquistò gran nominata di gran Seruo di Dio con fama, & oppinione di Santità, la quale sempre fù, & è stata, & hoggidì più che mai si mantiene appresso tutte quelle persone, le quali hanno hauuto notitia della sua esemplare vita, e virtù ammirabile.

§.58. Fama magni Dei Serui Dei in præsenti magis durat Neapoli, & in alijs regionibus Italiæ.

Et iuxtà vigesimum proc. fol. 199. *tergo*.

Respondit. La fama Io tengo, che sia vna credenza di quantità di persone, che credono, ò dicono alcun fatto, & in ordine alla Santità di detto Seruo di Dio Francesco Caracciolo è stata, & è appresso la maggior parte del Popolo di questa Città, come anco per quanto communemente hò inteso dire, & hò letto in detti libri d'Istorie, l'istessa fama è stata, & è appresso tutti quelli luoghi, e Città, nelle quali il sudetto Seruo di Dio prattiçò, & anco in altre Città doue si è steſa la fama della sua Santità, ne può dirsi essere stato vano ramore del Popolo, nè che habbia hauuto origine da persone affettionate, suspette, ò interessate,

§.59. Apud maiorem partem Populi, & Personas Graues non suspectas fide dignus.

come

come parenti, Religiosi, proprij amici, o altri simili mà bensì è vscita da persone graui, senza passione, e degne di fede, la quale fama è stata, & è sempre costante, nè mai interrotta nè aduerso di essa si è giamai fatta, ò detta, ne intesa cosa veruna.

REVISA.

Andreas Pierius Subpromotor Fidei,

NEAPOLITANA
Beatificationis, & Canonizationis
VEN. SERVI DEI
FRANCISCI CARACCIOLI
Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.
ANIMADVERSIONES
Reuerendiſsimi Fidei Promotoris.
SVPER DVBIO

An conſtet de validitate Proceſſus remiſſorialis ſuper Fama Sanctitatis in genere dicti Serui Dei, Teſtes ſint ritè, & rectè examinati, necnon de Releuantia illius, ad effectum deueniendi ad Inquiſitionem ſpecialem. In caſu &c.

EMINENTISS., ET REVERENDISS. DOMINE.

VALIDITAS huius Proceſſus authoritate Apoſtolica Neapoli fabricati ſuper fama Sanctitatis, Virtutum, & Miraculorum in genere controuerti non poſſe videtur. In eo enim elucet vndequaque obſeruantia litterarum remiſſorialium.

Nec eſt immorandum in duobus quæ ponderanda inciderunt in eius reuolutione; Primum nempè quod X. Teſtis fol. 175. ter. in fine non fuerit interrogatus iuxtà 14.; Et ſecundum, quod in examine XI. fol. 283. non fuerit expreſſa aperitio Interrogatoriorum, & Proceſſus.

Quoad primum enim detegitur de facili error Scriptoris, qui loco ſcribendi iuxta 14. ſcripſit iuxta 11. cum cæteroquin reſponſum iam fuiſſet 11. & ſecundum ordinem caderet reſponſio iuxta 14. & ex contextu depoſitionis clarè apparet, quod tota verſatur in eo euacuando.

Quo verò ad alterum elicitum ex defectu speciei Interrogatoriorum, & Processus in inchoatione examinis d. XI. Testis videtur pariter tribuendum omissioni vel Notarij, vel Scriptoris, cum ex Processu fol. 281. ter. circa medium clarè constet in hoc examinis immediatè antecedentis seruata fuit forma remissorialium præscribentium clausuram Interrogatoriorum, & Depositionis, proindeque dum fuit deuentum ad examen alterius Testis perneccsse supponenda est aperitio.

Pondus igitur difficultatis in hac Causa totū versatur circa PROBATIONEM, ET RELEVANTIAM quæ desumitur ex octo Testibus examinatis authoritate Ordinaria sub Anno 1676. in Processu Neapoli confecto super non Cultu, nec non ex viginti examinatis Anno præterito in d. Processu Remissoriali.

Primi dd. octo Testes, & quidem admodum qualificati, quibus vtuntur Postulatores ad probandam famam Sanctitatis Serui Dei in obitu *Summ. Num.* 11. *pag.* 50. §.23. Item deuotionem Populi *Summ. Num.*12. *& 13. pag.* 59. & 62. licet sint desumpti ex Processu super non Cultu facto authoritatè Ordinaria per Sac. Congregationem canonizationis pro validò die 8. Aprilis 1702. vt ex Decreto *Summ. Num.* 2. *pag.* 5. §.1. ; & fere omnes concordent in eo, quod nihil vnquam fuerit dictum, vel auditum in contrarium; Nihilominus cū non fuerint repetiti authoritate Apostolica prout de facili repeti potcrant, tanquam omnes examinati Neapoli de Anno 1676. nec probetur eorum prædeceſſus, non possunt hodiè reassumere vim, & iam functi fuerunt officio suo; Præsertim quia non ità benè probant, ac illi qui fuerunt examinati in remissoriali, dum plerique non se restringunt ad id quod nihil vnquam fuerit dictum, vel auditum in contrarium, sed addunt, quod si secùs fuisset, de facili deueniſſet ad eorum notitiam vt in *Summ. pag.* 49. §.20. *pag.*66. §.9. *pag.*67. §.14. *pag.*68. §.16. *pag.*70. §.25. *pag.*71 §.41. *& pag.*72. §.36., in quo requisito prædicti examinati authoritate Ordinaria defecerunt.

Loquendo verò de viginti examinatis in Remissoriali, obseruandum est quod II. *Summ. Num.*12. *pag.*56. *in fine*, dicit quod Corpus Serui Dei custoditur = *proprio sotto l'Altare maggiore* = & ità VI. *pag.*57. §. 8. Contrarium verò dicunt Testes authoritate Ordinaria *pag.* 51. *sub* §.28., vbi Primus ait iacere = *frà detto Altare, e la Porta del Core* = III. §. 35. = *dietro l'Altare maggiore* = Ità V. sub §. 43. VI. sub §. 48., & VIII. sub §. 57., & ità etiam VIII. authoritate Apostolica *Num.*12. *pag.*58. §.14. Cum igitur prædicti Testes sibi adinuicem aduersentur, nullam merentur fidem iuxta Theoricam *Baldi in l. prima C. de Testam.* sequitur *Farinacc. de Testib. quæst.* 65. *num.*2. *&* 3. *Rota decis.*456. *num.*3. *par.*9. *& decis.* 281. *num.* 8. *par.*18. *rec.*

Aliud etiam discrimen est inter dd. Testes, nam ex illis in Processu Remissoriali; Primus iuxta 11. *proceſſ. fol.* 131. *ter.* ait = *nè sono stato à vedere il luogo, doue stà il suo Corpo, nè sò che altre persone siano andate à visitare il suo Sepolcro*; II. etiam qui est eiusdem Religionis Serui Dei iuxta 11. *Proceſſ. fol.* 147. dixit, se nunquam visitasse Sepulchrum Serui Dei, & subdit = *nè hò visto, nè hò sentito, che altri siano venuti à visitare detto Sepolcro*. III. *fol.* 162. *ter.* fatetur se nescire = *doue stia il suo Sepolcro, nè l'hò visitato, ne mi costa, che altri l'abbia visitato*. ità V. fol. 196. VI. fol.

229. IX. fol.262. X. fol.275. XI. Medicus à 60. annis Collegij, in cuius Eccleſia adeſt d. Sepulchrum, ingenuè pariter fatetur ſe neſcire locum Sepulchri, nec quod aliqui illud viſitauerint, fol. 287. XII. fol. 249. XIII. fol. 310. XV. fol. 337. & II. ex off. fol. 394., vbi quod nec inuiſit Sepulchrum, nec ſcit alios inuiſiſſe, & ità VIII. *Summ. Num.*12. *pag.*58. *ſub num.*16.

E contra verò Teſtes authoritate Ordinaria intrepidè dicunt, ſe viſitaſſe, alioſque viſitare vidiſſe Sepulchrum Serui Dei, nempè II. III. IV. V. VI. VII. & VIII. pag. 59. & 60. a §. 17. ad §. 29. vbi *VIII.* aſſignat rationem ſuæ ſcientiæ = *per hauerlo inteſo publicamente dire da molti diuoti, e per eſſere Religioſo di detta Religione.*

Ex quibus cum valdè remaneat in ambiguo deuotio, & frequentia ad d. Sepulchrum, per conſequens admodum obnubilata remanet fama Sanctitatis, quam deſumi ex tali frequentia indubitatum eſt, dum Decreta generalia in X. Interrogatorio Libello pag. 48. exigunt quod inquiratur = *An diminutus fuerit concurſus &c.* & in XI. = *An deuotio &c. diminùta, vel potius aucta fuerit, & quotidiè augeatur*, & pag. 49. vbi exigitur quod contrà huiuſmodi famam = *nunquam aliquid dictum, factum, vel auditum ſit &c.*

Huiuſmodi diſcrepantia inter dd. Teſtes conſiderari poteſt etiam reſpectu deuotionis ergà Seruum Dei, quam quidem aliqui abſolutè negant, alij aſſerunt vigere.

Qui negant ex Proceſs. Remiſſoriali ſunt; Primus fol. 131. ter. IX. iuxtà 12. fol. 262. X. fol. 275. XI. Medicus, qui tanquam aſſiſtens curæ dd. Religioſorum per 60. annos, imperceptibile eſt quod per tam diuturnum tempus, neque vnicum Religioſum obſeruauerit effuſum in præces Seruo Dei directas, & in actu deuotionis erga illum pro reportanda à Deo ſanitate; augeturque imperceptibilitas, ex quo Corpus Serui Dei aſſeruetur in Eccleſia, quam idem Medicus, qui curabat Infirmos eiuſdem Domus, eam veriſimiliter inuiſebat: & tamen conſtanter aſſerit fol. 287. ſe penitus ignorare huiuſmodi deuotionem, ità XII. Sacerdos Neapolitanus annorum 75. Proc. fol. 299. ter. & XVIII. Proc. fol. 303.

Qui verò deponunt de huiuſmodi deuotione ex eodè remiſſoriali ſunt *II. III.* & *VIII.* relati in *Summ. Num.* 13. *pag.*60. Et ex Proceſſu ſuper non Cultu, idem deponunt Teſtes dati in d. *Summario pag.*62. *à* §.10. *vſque ad* §.22.; Vndè ſtante d. diſcrepantia valdè remanet debilitata probatio ex allegatis ſupra §. Loquendo vero &c.

Contrarietas etiam obſeruari poteſt circa Famam Miraculorum, aliquibus illam impugnantibus, alijs propugnantibus.

Impugnantes ſunt, Primus authoritate Apoſtolica iuxta 13. Proc. fol. 132. ibi = *non hò ſentito, nè sò che detto Seruo di Dio abbia fatto alcun Miracolo ne in vita, ne in morte, ne doppo morte*, *III.* iuxta 13. fol. *163. IX.* fol. 267. ter. ſuper 9. X. iuxtà 13. fol. 275. ter. fatetur ſe neſcire quod Seruus Dei = *habbia fatto verun Miracolo in vita, in morte, e doppo morte, perche non mi ricordo auerlo ſentito dire* = quæ depoſitio debet computari pro maximo momento, cum Teſtis ſit Sacerdos Neapolitanus, admodum qualificatus tàm reſpectù ætatis annorum 63. quam ex eo quod erat Vicarius Capitularis de tempore completi Proceſſus, & ad præ-

 ſens

ſens Vicarius generalis; *Idemque* inſuper *Summ. Num.* 10. *pag.* 46. §.8. loquendo de donis ſupernaturalibus ingenuè deponit = *Io non ne sò cosa alcuna in particolare*; *Ità XI.* vt ſupra Medicus qui licet iuxta 13. Proceſs. fol. 287. ter. dicat, ſe ex lectura Vitæ Serui Dei, & de auditu à Patribus ſcire de Miraculis, ſubdit tamen immediatè = *però non posso dire ciò per publica voce, e fama*, pari modo deponunt *XII.* iuxta 13. fol. 299. ter. & fol. 304. *XIV.* ſuper 9. fol. 327. *XVI.* iuxtà 13. fol. 347. ter. & *XVII.* fol. 355. ſe declarat quod = *da alcune persone solamente hà sentito dire, che detto P. Francesco Caracciolo habbia fatto Miracoli, mà non per publica voce, e fama &c.*

E contra verò alij Teſtes dati in *Summ. Num.* 14. *pag.* 64. & *ſeq.* firmare ſatagunt publicam, & conſtantem famam Miraculorum ope Serui Dei patratorum, & quidem cum qualitate quod nil vnquàm audiuerint in contrarium, vt *II. d. Num.* 14. *ſub* §. 2. *pag.* 64 ibi = *contro detta fama de miracoli &c. non hò sentito dire cosa in contrario, mà ch'è ferma, e costante, e fin'ora perseuera, e s'accresce*, ità *IV.* ſub §. 4. = *ne contro detti miracoli hò sentito dire cosa alcuna in contrario* = *VI.* §. 5. = *mai hò sentito dire cosa in contrario da persona veruna* = & ità *XIII.* §. 8. = *Hò detto, che detto Serua di Dio in vita, e doppo morte abbia operato miracoli, e questo lo sò per publica voce, e fama, ne mai hò sentito dirne cosa in contrario*; Vnde attenta huiuſmodi diſcrepantia, non poteſt dici concludenter probata huiuſmodi fama miraculorum, quam cum circumſtantia percrebeſcentiæ in præſenti articulo eſſe neceſſario firmandam docet *Hoſtien. in cap.* 1. *num.* 3. *de Reliq. & venerat Sanctor.* & præſcribunt Decreta generalia Libell. pag. 37.

At, quod præ cæteris vrgere videtur eſt diſſidium inter Teſtes circa id quod fama vigeat Seruum Dei poſſediſſe Virtutes in gradu heroico, in quo reſidet totum Sanctitatis fundamentum, & à quo, tanquàm à Fonte hauritur vera, propria, & vniuoca Sanctitatis ratio iuxta Theologorum communem ſenſum cum *S. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 68. *art.* 1. *ad* 2. *Ariſt. 1. Ethic. cap.* 1. *lect.* 1. *littera F.* *pag. mihi* 243. *Theophil. Rayn. tom.* 4. *de Virt. lib.* 1. *ſect.* 4. *cap.* 3. *num.* 245. *Valgorn. Theolog. myſt. queſt.* 3. *diſp.* 5. *art.* 6. *n.* 5. & 6. *Card. Laur. in* 3. *Sent. tom.* 4. *diſp.* 20. *art.* 23. *num.* 29. & 989. *Eſparz. de Virt. quaſt.* 5. *art.* 10. *Scacch. de Not. & Sign. Sanct. ſect.* 8. *cap.* 3. *pag.* 608. *in fine*, & 609.

Siquidem XII. Teſtis Sacerdos Neapolitanus annor. 75. Proceſſ. fol. 296. tergo reſpondendo ad nonum Interrogatorium Proceſſ. fol. 298. ait = *Non posso dire specialmente di hauer sentito dire, se abbia posseduto le Virtù Teologali, e Cardinali in grado heroico*, & ita XIII. iuxta idem fol. 309. tergo = *Non sò, nè hò sentito dire, che la Santità di detto Serua di Dio Francesco Caracciolo sia stata comprobata coll' esercizio delle Virtù in grado heroico come l' hanno praticate i Santi &c.* & in his terminis deponit antecedens X. hodiè, vt dix. Vicarius Generalis *Sum. Num.* 9. *p.* 39. §. 64. ibi = *Non posso deporre hauer sentito dire communemente, che detto P. Francesco Caraccido habbia posseduto le dd. Virtù Teologali, e Cardinali in grado heroico con eccellenza grande di Virtù, e perfezione.*

Contrà quos tres Teſtes adducuntur à Poſtulatoribus alij addu-

cti in *Summ. Num.9. pag.42. nempè II. §.2. VI. pag.43. §.12.* idque repetit pag.69. §.20. & VIII. pag.70. §.27. cum ſeqq. Vndè patet ad ſenſum inueriſimilitudo, quòd vigere poſſit fama publica, & conſtans heroicarum Virtutum Serui Dei, ſignantèr in Ciuitate Neapolitana, dum ea non innotuit primo dictis Teſtibus, quorum vnus eſt adeò qualificatus, vtpotè Vicarius Capitularis tẽpore confecti Proceſſus, & hodie Vicarius Generalis; Licet enim recepta ſit concluſio, ſatis eſſe duos Teſtes ad probandam famam *Bart. in l. de minor. d. §. Plurimum n. 19. Maſcar. de probat. tom.2. concluſ.749. num. 1.* Ea tamen limitatur in caſu, quòd alij Teſtes aſſerant de illa ignorare, vt in ſimili docet *Bald. in l. Teſtium in fine C. de Teſtib. Bart. in l.1. §. vlt. ff. de Aucth. Tutor.* vbi quod non præſumitur ignorantia in eo, qui præſens eſt. *Alciat. in l. coram ff. de verb. ſignif.* quam refert, & ſequitur *Menoch. de præſumpt tom.2. lib.6. n.6. pag. mihi 21.*

Quodque in hypotheſi præualere debeant Teſtes, qui ſe dicunt ignorare viguiſſe, & vigere huiuſmodi famam Sanctitatis Serui Dei, ſolidè ſuàdetur, inſpecto eiuſdem Fonte, & origine: Habetur enim ex primo Teſte Neapolitano annorum 80. quòd deriuauit à quadam Academia inſtituta à dd. Patribus Clericis Minoribus in eorum Collegio S. Marię Maioris, & occaſione huius Accademiæ habitæ ſignantèr de anno 1666. d. Primus Teſtis Proceſſ. fol. 127. tergo dicit ſe audiuiſſe de d. fama loqui à duobus Patribus Clericis Minoribus ibi = *Me lo diſſero &c. nell'anno 1666. nel quale tempo &c. nella Chieſa di dd. Padri ſi tenne vna Accademia &c. & in d. Accademia fù propoſto il Problema circa la Vita, Attioni, e Virtù di d. Seruo di Dio &c. e queſto lo sò per eſſerni io interuenuto &c. e da queſto fatto ſino dall'ora concepij il credito, e fama di queſto Padre Franceſco, che foſſe gran Seruo di Dio*, & iuxta 14. Proc. fol. 132. tergo ſubdit, quòd huiuſmodi fama = *Hà hauuto origine da perſone, che interuennero nella d. Accademia &c.* Idemque confirmat XII. Summ. Num.6. pag.24. §.27. vbi dicit = *Hauer ſentito nominare d. Seruo di Dio in vna Accademia di belle Lettere, che ſi tenne, che ſarà da quattro meſi in circa in d. Chieſa di S. Maria Maggiore, oue ſenty recitare molte compoſizioni in lode delle Virtù di d. Seruo di Dio.*

Et in hoc propoſito rem narrat exemplarem XVI. Teſtis iuxta 9. Proc. fol. 345. tergo, quòd ſcilicet eius Patruus, ideſt = *Il P. Franceſco del Migliore de Chierici Regolari Minori, che fù Vicario Generale in S. Lorenzo in Lucina, fece vna Feſta per il P. Franceſco Caracciolo qui in Napoli nella Chieſa di S. Maria Maggiore de dd. Chierici Regolari, nella quale conuitò l'Emo Sig. Cardinale, Arciueſcouo di Napoli di quel tempo, il quale entrato in d. Chieſa mentre ſi voleua inginocchiare, fù auuiſato ad aures da vn ſuo Cortoggiano, o Maſtro di Cerimonie, per la qual coſa d. Emo Sig. Cardinale ſi partì ſubito da d. Chieſa, e poi doppo qualche tempo fù chiamato in Roma d. P. Franceſco del Migliore per ordine di S. Santità che in d. tempo mi diſſe d. P. Franceſco, che era la Sa.me. di Vrbano VIII. e che portandoſi à piedi della Santità Sua dopò hauer baciati li piedi della Santità Sua li diſſe il Sommo Pontefice = Voi fete quello che fate i Santi prima di Noi, al che riſpondendo d. P. Franceſco, Beatiſs. Padre, non li diede tempo il d. Sommo Pontefice di dire altro,*

tro, ma la Santità Sua li diſſe, ringratiate Dio della memoria, che hauemo di voſtro Padre, che fù il Conſigliere Gio. Battiſta del Migliore conoſciuto da Noi in tempo, che ſtaua in Roma per la difeſa della Real Giuriſdizione mandato dal Sig. Cardinale Antonio Zapata all'ora Viceré del Regno di Napoli, e lo licenziò, ordinandogli, che ſe ne ritornaſſe à Napoli = De hoc facto (à quo recipere potuit non leue fomentum fama Sanctitatis Serui Dei) extat in Archiuio S. Officij Proceſſus fabricatus de ordine Sacræ Congregationis ad probandam contrauentionem eius Decretis cum aliqua tamen diſcrepantia à depoſitione d. Teſtis, fuitque à me fidelitèr narratum in Animaduerſionibus ſuper Introductione cauſæ §. *Multum etiam* & in alijs ſuper paritione ijſdem Decretis §. *Valdè quoquè*.

Et quod à nupero tempore fuerit excitata fama hæc, habetur ex XIII. Teſte iuxtà 9. fol. 309. ter. qui dicit = *ſaranno da otto, à dieci anni, che l'hò ſentito nominare à queſta Città di Napoli con opinione, eſtima di gran Santità &c.* XIV. verò licèt iã à 63. annis Neapoli degeret publicis negocijs adictus *Proc. f.* 320. attamen profitetur totũ quod ſcit de Seruo Dei non hauſiſſe aliundè, quã ex lectura Vitæ, & ex auditu à Clericis Minoribus, vt videre eſt *Proceſſ. fol.* 322. & ſeq. vbi loquendo iuxta 14. fol. 323. ter. de fama Sanctitatis Serui Dei ait = *Non poſſo teſtificare della fama della Santità di d. P. Franceſco, perche non ne hò altra notizia ſe non quella ricauata dalla lettura di d. Compendio* (Vitæ) *e da ciò, che me ne hanno detto i Padri della med. Religione, nè tocca à me à ſtabilire, ſe queſta ſola notizia baſti à ſtabilire il concetto della fama &c.* & de auditu à dd. Patribus tantùm deponit etiam XV. ſuper 4. *Proc. fol.* 339. ibi = *Hà ſentito dire da dd. Padri, che ſia morto con fama di Santità*.

Hinc de facili datur intelligi, quòd huiuſmodi fama potuerit habere incrementũ ab Ignatio de Viues Scriptore Vitæ Serui Dei, vt elicitur ex VIII. Teſte fratre d. Ignatij *Sum. Num. 6. pag.* 23. §. 20 & ab alijs Religioſis eiuſdem Inſtituti, qui ad talem effectum prędictam Accademiam introducere cogitarunt, & propterea cum ſint nimis intereſſati, & affecti pro gloria Serui Dei, & propriæ Religionis, vtique modica fides eis eſt præbenda; Affectio enim veritatem impedire ſolet, & plerumque ſenſus hebetat humanos, opinionemque ſubuertit, vt ait *Tex. in can. Aceuſatores 3. quæſt.* 5 adeòque tuta non eſt hæc probationis ſpecies *Bald. in l. Teſtium num.* 17. *C. de Teſtib. Farinacc. cad. quæſt.* 60. *num.* 35. *& ſeqq. Felin. in cap. quòd Nuncius num.* 5. *verſ. idem dicit de Teſtib.* Et in rei veritate II. Teſtis Clericus huius Religionis deponendo iuxta 8. *Proc. fol.* 140. non valens ſe cohibere dixit = *Deſidero con tutto il Cuore la Beatificazione, e vorrei, ſe poteſſi cooperarci &c.*

Nec modicum huic famæ fortè dedit excitamentum conſilium eorundem Patrum feruidè promouendi Cauſam Beatificationis, quemadmodùm habetur ex mox citato VIII. Teſte *Summ. nu.* 11. pag. 49. §. 19. ibi = *Detta fama ſtò ſicuro che ſia creſciuta, ſtante li Padri di d. Religione ſi ſono animati à procurarne la Beatificatione appreſſo la S. Sede Apoſtolica &c.* prout in ſimili notat *Abb. in cap. licèt ex quadam nu.* 3. *verſ. requiritur de Teſtib. Rot. cor. Bich. dec.* 633. *num.* 8. *& in rec. dec.* 445. *n.* 23. *par.* 19. *tom.* 2.

In

In hoc igitur conflictu erit EE. Patrum iuxta eorum eximiam Sapientiam decernere, an conſtet de Releuantia huius Proceſſus ſuper fama Sanctitatis in genere, itaut deueniri poſſit ad Inquiſitionem in ſpecie.

Quæ dicta ſint &c. ſaluo &c.

P. Bottinius Archiepiſcopus Myren.
Fidei Promotor.

Digitized by Google

NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI CARACCIOLI

Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.

Responsio Facti, & Iuris

SVPER DVBIO:

An constet de Validitate, & Releuantia Processus Remissorialis constructi Neapoli super Fama Sanctitatis in Genere &c.

Eme, & Rme Dne.

ADuersùs VALIDITATEM huius Processus nil penitùs opponi posse videtur, cùm in eius constructione adamussim seruata fuerint omnia præscripta in litteris Sacræ Congregationis, vt recognouit etiàm Reuerendissimus Dominus Promotor.

Quo verò ad RELEVANTIAM, quamuis de Iure ad probandam famam, quæ, vt dixit *Rota decis.* 182. *num.* 6. *coràm Gregorio*, nihil aliud est, quàm id, quod publicè dicitur, sufficientissimi sint duo tantùm Testes, *Mascard. de probat. conclus.* 396. *num.* 2. & *conclus.* 719. *num.* 1., *Antonius de Bellis tract. var. lib.* 1. *quæst.* 13. *Rot. coràm Zarate decis.* 45. *num.* 3., & *apud Gregor. decis.* 517. *num.* 25.

Ad quem effectum admittuntur etiàm Testes singulares, *Gabriel. conclus.* 2. *num.* 37. *Farinacc. de Testibus quæst.* 47. *num.* 265. *Matta de Canonizat. Sanctor. part.* 4. *cap.* 16. *num.* 4. *Rota decis.* 430. *nu.* 59. *part.* 5. *recent.*, & dictum fuit in *Relatione Canonizationis Sancti Caroli Borromei part.* 3. *tit. de Miraculis* §. *Et Comes*.

Præsertim quandò agitur de probanda bona fama, vt specialiter notant *Mascard. de probat. conclus. 236. n. 1. Rota dec. 359. n. 17. p. 6. & dec. 99. n. 5. p. 16. rec.*

Attamèn in casu nostro pinguissima exhibita fuit huius famæ probatio; datæ enim fuerunt in *Summario* depositiones decem, & octo Testium, aliorumquè duorum examinatorum ex officio, desumptæ ex Processu Remissoriali Authoritate Apostolica constructo in Ciuitate Neapolis, ac octo aliorum Testium examinatorum auctoritate Ordinaria in alio Processu super non Cultu.

Et in hac materia adeò attenditur numerus Testium, vt si decem, essent etiàm informites, & sine debitis requisitis examinati, (quod nullo modò dici potest de nostris), adhuc tamèn ex illis perfectissima resultaret probatio, & fama tanquàm ex notorio diceretur iustificata, quià numerus Testium in materia, in qua pauci desiderantur, supplet omnem, & quemcumque eorum defectum, vt optimè probat *Ciarlin. controuers. cap. 174. num. 39., Farinac. de Testibus quæst. 47. num. 267., Rot. decis. 250. num. 14. part. 11. & decis. 492. num. 24. p. 19. recent.*, quam conclusionem *Consiol. resp. Crimin. verb. fama num. 1. 3. & 4.*, testatur procedere etiàm si Testes essent solùm septem, imò sex concurrentibus adminiculis, & quod tres tantùm sufficiant, dixit *Gabriel. de Testibus concl. 15. num. 7. Mascard. de Probat. concl. 68. n. 15., Rota dec. 713. num. 1. p. 6.*, imò duo *dec. 109. n. 19. p. 19. rec.*

Nostri igitùr Testes excedunt numero, & præualent in Probatione, etiàm si ex ipsis deleantur Primus, XIV., & XVI. examinati in Processu Remissoriali, non quià ex eorum Depositionibus desumi possit aliquid obstatiuum, seù detractiuum famæ Sanctitatis Serui Dei, sed quià in referendo eiusdem famæ originem, se continent in terminis valdè generalibus, & comparatiuè ad alios minus probant.

Vniendo ita què eorum dicta, quæ diuisa Dñus Causæ Patronus sparserat in pluribus numeris Summarij, Primo loco se offert Secundus Testis ex Processu remissoriali, nempè Pater Ioachim Santulli, qui respondendo ad septimum Interrogatorium deposuit, quod Seruus Dei in Ciuitate Neapolis est in magna opinione Sanctitatis, & quod de hoc est publica Vox, & fama, vt videre est in *Summario Num. 6. §. 1. & 2. pag. 19.*; Quodquè eadem fama vigeat etiàm in Terra Agnonæ (quæ nunc ex Regio indultu nuncupatur Ciuitas Aquilonię) habetur ex eodem *Summ. Num. 11. §. 3. pag. 47.*, & quod Seruus Dei semper se magnoperè exercuit in Virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus, legitur in *Summar. Num. 9. §. 2. pag. 42.*, & denique, quod hæc fama semper magis aucta fuerit, & in dies augeatur, habetur in *Summario Numer. 15. §. 4. & 6. pag. 66.*

Tertius Testis Pater Ioannes Marcianus Congregationis Oratorij Sancti Philippi Nerij, testatur quod opinio Sanctitatis Serui Dei est communis in Ciuitate Neapolis, & præsertim inter Personas Sapientes, à quibus traxit originem, semperquè continuata fuit, nèc aliquid vnquam audiuit dicere in contrarium, vt in *Summario Num. 8. §. 19. ad 22. pag. 33.*, concludens in §. 29. *Essendo publica voce, e fama della Virtù, e bontà di detto Seruo di Dio Francesco*

sco Caracciolo, ne siegue per consequenza, che sia stato esimio nelle Virtù così Teologali, come Cardinali, e Morali.

Subditquè, quod audierat legere eius Vitam in Refectorio ad Instructionem Patrum, vt in *Summario Num.*7. §.6. *pag.*28. Quodquè in Oratorio Societatis nuncupatæ de' Bianchi asseruatur eius effigies, & addit = *Il che non è stato solito di farsi, se non per persone di più che ordinarie Virtù* = *dicto Summario Num.* 7. §. 7. *eadem pag.* 28. *in fine*; Et in *Summario Num.* 15. §. 9. *pag.* 66.; Quod si aliquid contra famam Sanctitatis Serui Dei factum vnquàm fuisset, nullo modo potuisset effugere eius notitiam.

Idem ferè testatur P. Thomas Caraffa Theatinus Quartus Testis datus in *Summario Num.* 6. §. 5. & 6. *pag.*20. vbi quod cùm Seruus Dei, & Beatus Andreas Auellinus mortui essent eodem Anno, Viri sapientes communitèr alterum alteri ad Inuicem comparando dicebant = *Che in detto Anno morirono due gran Serui di Dio* = additquè §. 6. *pag. eadem* = *E che fosse stato detto Padre Francesco Caracciolo di Vita Santa, & esemplare, questo anche lo sò per publica voce, e fama in questa Città di Napoli, quale notitia di detta Bontà, e Santità di detto Seruo di Dio, mi è durata, & ancor dura; & è constante fin hora* = Quod paritèr repetitum legitur in *Summario Num.*11.§.11.*pag.*47., & in *Summario Num.*12. §.6. *pag.*57. & in *Summario Num.*15.§.11.*pag.*67., vbi, quod nunquàm contrà dictam famam aliquid dictum, aut factum fuit, & si secùs esset, ipse sciret.

Et in *Summario Num.*7.§.14.*pag.*30., testatur de retentione in dicto Oratorio *della Congregatione de' Bianchi* eius Imaginis tanquàm Viri Insignis in probitate, & Sanctitate Vitæ, Et in *Summario Num.*8. §.25. *ad* 28.*pag.*34. refert audijsse, quod in Hispania ad eius Intercessionem patrata fuerunt plura Miracula, & testatur de eius Virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus in gradu Hæroico, Quodquè ipsemet Testis faciebat in Refectorio legere illius Vitam pro Instructione Nouitiorum, suorumquè Religiosorum.

Concotdat cum his Quintus Testis P.Philippus Origlia Piorum Operatiorum, qui se Instructum fatetur de Sanctitate, & Miraculis Serui Dei ex lectura eius Vitæ editæ à Doctore Ignatio de Viues, & enumerat plures Historicos de Iupradictis vniformitèr testantes, nempè Aribertum Mireum, Cæsarem Ingenium, Hyppolieum Maraccium, Ioannem Vincentium Ciarlantem, Patrem Ioſephum Silos Theatinum, Fratrem Timotheum Aterminum, Pompeum Sarnellum, aliosquè citatos in eadem Vita, ex quibus plures ipse vidit in fonte, exindequè meritò formauit rationabilem conceptum Sanctitatis huius Serui Dei, vt in *Summario Num.* 6. §.9.*pag.*21., & *Summario Num.*15.*pag.*68.*in princ.*

Quod confirmauit interrogatus super X. & XV. Articulo relatis in *Summario Num.*15.§.14.*ad* 16. *pag.*67. & 68., concluditquè in §.23.*pag.*69. = *Et oggi più, che mai lo tengo in grand'opinione, e stima di gran Santità.*

Sextus Testis D. Philippus de Palma Iuris vtriusquè Doctor refert communitèr audiuisse celebrare Seruum Dei tanquam Virum magnæ Sanctitatis, ideoquè modò particulari quolibet die se ipsi commendare solet, vt in *Summario Num.*6. §.12.*pag.*22.; Et in

Summario Num.8.§.43. pag.36. teſtatur de publica voce, & fama eius Sanctitatis ſubdens = *Et ancor dura nè mai è ſtata interrotta* = & in *Summario Num.11.§.15. & 16. pag.* 48. teſtatur de eiuſdem percrebeſcentia, & in *Summario Num.12.§.8.pag.57.* refert, quod ipſe frequentèr accedere ſolet ad Sepulchrum Serui Dei, proùt etiam ſcit fieri ab alijs, Deuotionis Cauſa, & in *Summ. Num. 15. §. 18. & 22. pag.68. in fine, & pag.* 79. quod contrà dictam famam nil vnquàm dictum, factumquè fuit, alias ipſe ſciret.

Septimus Mauritius Firlingerius Congregationis Piorum Operariorum teſtatur de retentione Imaginis Serui Dei in prædicto Oratorio Societatis nuncupatæ *de' Bianchi* tanquàm Viri Inſignis in probitate Vitæ, *Summario num.8.§.45.pag.34. in fine*, & quod opinio eius Sanctitatis ortum habuit tàm à prædicta Societate, quàm à Patribus Suæ Congregationis, alijſque Perſonis Eccleſiaſticis, & ex lectura eius Vitæ, ac ex duodecim Hiſtoricis, qui de ipſo honorificam mentionem fecerunt: Quodquè hæc fama eſt publica, conſtans, ſemperquè perſeuerans, & nunquàm fuit interrupta, & quod in publico Refectorio pro Inſtructione, & bono Exemplo ſuorum Religioſorum legitur eius Vita *Summario Num. 9. §.16. pag.*44. Vbi etiàm, quod Seruus Dei poſſedit in gradu Eminenti, & hæroico omnes Virtutes Theologales, & Cardinales, aliaſquè annexas, quod legitur etiàm in *Summ. Num.8.§.45. ad 49.pag.37.* Et in *Summ.Num.15.§.25. pag.* 70. deponit de perſeuerantia dictæ famæ cum negatiua coarctata, quod ſi ſecùs eſſet, ipſe ſciret, quod proſequitur etiam §.26.

Octauus itidem Teſtis Vincentius De Viues Frater prædicti Ignatij, qui Vitam Serui Dei accuratiſſimè ſcripſit, Nobile Teſtimonium reddit eius Sanctitatis, & Miraculorum, compendiosè deſcribendo eius Vitam, reſtaturquè de publica Voce, & fama, hactenùs continuata, & nunquam contradicta, aut interrupta, imò in dies percrebeſcente, quod ſi aliter eſſet, ipſe vtique ſciuiſſet, vt in *Summario Num. 6. §. 26. ad 29. pag. 22. & ſeq. & Num.11. §.17. ad 20. pag.68. & ſequen.* Quodquè poſſedit omnes Virtutes Theologales, & Cardinales in gradu hæroico teſtatur in *Summario num.6.§.18.pag.44.*

Nonus, Sacerdos Simon Viglinus refert, quod fama Sanctitatis Serui Dei, quæ originem habuit à Perſonis Nobilibus Litteratis Prudentibus, & fide dignis, adhuc perſeuerat, & conſtans eſt vſque ad hanc diem, vt legitur *in Summario Num.8. §.59. ad 61. pag.* 38.

Decimus Canonicus Ianuarius de Auria concludit, quod in Ciuitate Neapolis ſemper Pater Franciſcus Caracciolus reputatus fuit Magnus Seruus Dei *Summario Num.9.§.66.pag.39.*

Vndecimus nempè Antonius Pellegrinus Medicus Clericorum Regularium Minorum in Ciuitate Neapolis teſtatur, quod ibi, & in Ciuitate Aquilonix, ac Romæ, & in Hiſpania viget publica fama, & opinio Sanctitatis huius Serui Dei, quæ ortum habuit à Perſonis Litteratis, qualificatis, & fide dignis, quodque dum vixit, exercuit ſemper Virtutes omnes Theologales, & Cardinales, & quod hæc fama eſt publica in Ciuitate Neapolis, & hodiè adhuc perſeuerat, & nunquàm fuit interrupta, *vt in Summario*

Num.8.

Num. 8. §. 70. *ad* 75. *pag.* 40., *& Summario Num.* 9. §. 21. *ad* 26. *pag.* 45., *& Summario Num.* 15. §. 34. *ad* 36. *pag.* 72.

Duodecimus Reuerendus Sacerdos Dominus Ianuarius Siniſcalcus, ait ſe verſatum eſſe in Hiſtorijs, & vidiſſe celebrari Seruum Dei à pluribus Hiſtoricis tum Italicis, quàm Hiſpanis, & præcipuè à Cæſare Ingenio, & à Patre Fernando Camargo Auguſtiniano, & Ioſepho Nicelo, & de auditu ab alijs Perſonis fide dignis, proindèque magnam concepit Ideam eius Sanctitatis, *vt in Summario Num.* 6. §. 25. *ad* 27. *pag.* 24.

Decimus tertius Aduocatus Gaetanus Ageta iuxtà ſeptimum Interrogatorium depoſuit de fama Sanctitatis Serui Dei in Ciuitate Neapolis, prout videre eſt *in Proceſſ. fol.* 308., *in fine*, *& à tergo*. Quodque eadem fama vigeat etiam in Hiſpania, & in Sicilia, & contrà eam nil vnquàm dictum, aut auditum fuit, & quod plura patrauit Miracula in Vita, imò etiàm poſt obitum *dict. fol.* 308. *tergo*, *&* 309., & habetur etiàm *in Summario Num.* 14. §. 8. *pag.* 65.

Decimus quintus Vtriuſque Iuris Doctor, & Magiſter Actorum Regiæ Curiæ Ioſeph de Neapoli ampliſſimè teſtatur de eadem fama vigente in prædicta Ciuitate, deque eius Miraculis *Summario Num.* 15. *à* §. 37. *ad* 39. *pag.* 72., *&* 73., & quod contrà ipſam nunquàm aliquid dictum, aut factum fuit, quod ſi ſecùs eſſet, ipſe ſciret, *vt in Proceſſu fol.* 334. *tergo*, *&* 335. vbi habentur hæc verba = *E mai hò ſentito dirne coſa in contrario, e che ne ſia ſtato fatta, ò ſcritta coſa diuerſa, che ſe fuſſe accaduto, probabilmente ſarebbe venuto à mia notitia per la prattica, che hò de Tribunali, & in altri luoghi principali di queſta Città per cagione di detta mia Profeſſione.*

Decimus ſeptimus Reuerendus Dominus Sacerdos Angelus de Gambiero, iuxtà ſeptimum Proc. *fol.* 352. *tergo* teſtatur de eadem fama, de auditu, non ſolùm à Patribus Religionis Clericorum Minorum, verùm etiàm ab alijs, ibi = *Il che hò anche ſaputo da diuerſe Perſone degne di fede Eccleſiaſtiche, e Secolari da trent' Anni in circa, che ſempre hò ſentito nominare detto Padre Franceſco Caracciolo in varie congiunture di diſcorſi, che ſia viſſuto, e morto con opinione di Santità.*

Quod etiàm proſequitur iuxtà nonum, vt habetur *in Summario Num.* 8. §. 76. *ad* 78. *pag.* 41., vbi quod talis fama eſt conſtans, & perſeuerans, abſque vlla penitùs contradictione.

Decimus octauus Horatius Conſtantinus teſtatur de eadem fama Sanctitatis vigente vſque ad præſens, deque Gratijs, & Miraculis ad eius Inuocationem ab Altiſſimo patratis *Summario Num.* 6. §. 28. *&* 29. *pag.* 24. *& ſequen.*

Fortiùs adhuc vrgent bini Teſtes examinari ex Officio, nempè Primus Don Aloyſius della Quadra olim Epiſcopus Mottulæ, qui ampliſſimè teſtatur de magna opinione Sanctitatis, qua Venerabilis Seruus Dei fruitur in Ciuitate Neapolis, & quidem de auditu à publica voce, & fama orta à Perſonis Nobilibus, Litteratis, & fide dignis, *vt in Summario Num.* 6. §. 30., *&* 31. *pag.* 25., *& in Summario Num.* 8. §. 79. *ad* 85. *pag.* 41., *& ſequen.*, concludens iuxtà X. = *E circa la fama, & opinione di Santità t'hò det-*

to

to di ſopra, & hora conformo, che detta fama è ferma, & ancor dura, & è coſtante, nè mai hò ſentito dire, che ſia ſtato fatto, ò detto coſa in contrario &c. = vt legitur *in Proceſſu fol.*382. ſubdens iuxtà XIV. *fol.* 383. = *E la fama della Santità di detto Padre Franceſco Caracciolo per quello, che è appreſſo di me, e per quello, che ne hò ſentito dire, come di ſopra, la ſtimo vera fama, che ſicome è incominciata, così perſeuera ſin oggi, nè mai hò ſentito dirne coſa in contrario,*

Secundus Teſtis, Don Blaſius Aldimari Regius Conſiliarius compendiosè deſcribit Vitam Serui Dei, recenſetque omnes Virtutes, in quibus ipſe floruit in gradu Hæroico, & profitetur, velle ſuas æditiones illuſtrare, narrando illius ægregia opera, ac Miracula, Sanctamque Vitam, citatque plures Authores, qui de ipſo honorificam mentionem fecerunt, ſcilicèt Laertium Flauium Cherubinum, Barboſam, Cardinalem Bellarminum, Hieronymum de Sorbo, Paulum Morigium, Carolum Tappiam, Franciſcum Enriquez, Cæſarem Emericum, Matthæium Creſcentium, & alios, *vt in dicto Summario Num.* 6. §. 32. *ad* 38. *pag.* 25., & 26.

Ex octo paritèr Teſtibus examinatis auctoritate Ordinaria ſuper non cultu, reſultat eadem concludentiſſima probatio ſuper fama Sanctitatis Serui Dei tam in Vita, quàm etiàm poſt mortem de auditu à fide dignis, quæ adhuc durat, imò quotidiè creſcit, abſque vlla penitùs contradictione, vt videre eſt *in Summario Num.*11. *à pag.*49. *ad* 56., ex quibus Tertius Teſtis Doctor Ioannes Baptiſta Martuſcellus in Cauſa ſcientiæ ſic ait = *Anzi che la Fama ſudetta ſi troua regiſtrata, e mentionata appreſſo li ſudetti, & altri Autori graui* = *Summario Num.*15.§.48.*pag.*75.

Et quintus nempè Clericus D. Ioannes de Vigliena, ità ſe expreſſit iuxtà Nonum = *Che il Seruo di Dio Franceſco Caracciolo ſe ne morì nella Terra d'Agnone con fama, & opiniane di Santità appreſſo tutti quelli, i quali conobbero le ſue Virtù, e Vita, e ſempre à ſegno, che quaſi tutti li Scrittori di quel tempo ne fecero mentione* = Et habetur *in Summario Num.* 6. §. 39., & 40. *pag.* 53.

Septimus, & octauus cum ipſis concordando concludunt, quod eadem fama ſemper magis durat, & continuat, vt legitur *in Summario Num.*15.§.55., & 58.*pag.*78.

Vltrà prædictos Teſtes de eadem Communi reputatione Sanctitatis Serui Dei, deponunt decem alij ſimiter paritèr examinati de Anno 1694. in Proceſſu authoritate Ordinaria conſtructo in Ciuitate Neapolis ſuper Sanctitate Vitæ, ac eiuſdem Virtutibus, & Miraculis relati *in Summario Poſitionis ſuper Introductione Cauſæ de Anno* 1701. *Num.*34. *à pag.*223. *ad* 237., & *Num.*37. *à pag.*242. *ad* 251.

Deque eiſdem, ac de Miraculis ab ipſo patratis tam in Vita, quàm poſt Obitum, & de pia, ac ferè Vniuerſali ergà ipſum Populorum æſtimatione, ſemper magis in dies percrebeſcente ampliſſimè teſtati fuerunt in eorum Epiſtolis ſcriptis ad hanc Sacram Congregationem Glorioſiſſimæ memoriæ Carolus Secundus Hiſpaniarum Rex, & Regina Marianna eius Vxor, nec non clar. mem. Cardinalis Cantelmus olim Archiepiſcopus Neapolitanus,

& tres

& tres alij Archiepiſcopi, nempè Hiſpalen., Cæſarauguſtanus, & Panormitanus, & ſex Epiſcopi, ſcilicèt Oſcen., qui præclariſſimum, ac diſtinctum Elogium de eius Virtutibus fecit, & Segobien. Generalis Inquiſitor Regnorum Hiſpaniæ, & Epiſcopus Vrgellen., Tiraſonen., Puteolanus, ac Triuentinus; Item Electi, ac Capitulum Cathedralis Neapolis vnà cùm Confraternitate nuncupata Sancta Maria Succurre Miſeris eiuſdem Ciuitatis, & Magiſtratus, ac Capitulum Panormi, Magiſtratus etiàm Catanæ, ac Agnonæ, ſeù Aquiloniæ; Item Definitorium Generale Carmelitarum Diſcalceatorum Hiſpaniæ, & Patres Dominicani Prouinciæ, Caſtellæ, & Moniales Diſcalceatæ Monaſterij Regalis Mattriti, alijque, quorum Epiſtolæ per extenſum relatæ fuerunt *in Summario dato in Poſitione ſuper dicto Dubio Signaturæ Commiſſionis Num.41. à pag.265, ad 285.*

Nec dicatur, quod iſtæ ſunt Atteſtationes ſimplices, & extraiudiciales, quià cùm concordent cum Depoſitionibus Teſtium formitèr examinatorum, & proueniant à Perſonis Informatis, & Qualificatiſſimis, & pro maiori Parte Eccleſiaſticis ſufficientiſſimè, ac concludentiſſimè probant, vt reſtatur *Rota apud Zarate deciſ.80. num.6. deciſ.214. num.2. par.6., & deciſ.247. num.5. par.10., & deciſ.35. num.7. par.12., & deciſ.129. num.8. par.18. recent.*

Ex tot igitur, ac tam vniformibus Teſtium depoſitionibus, qui aſſerunt communitèr, audiuiſſe celebrare Sanctitatem Serui Dei, & nominant Authores huius famæ, & optimas rationes reddunt eorum dicti, procedentes in teſtificando cum omnibus requiſitis, de quibus *Rota apud Gregor. deciſ.273. num.3.* Iunctis etiàm prædictis Atteſtationibus, reſultat perfecta probatio famæ Sanctitatis, & Miraculorum in genere eiuſdem Serui Dei ſolida, conſtans, inconcuſſa, perſeuerans, imò quotidiè creſcens, ortum habens ab honeſtis, & qualificatis Perſonis fide dignis, non vaga, non leuis, non contradicta, ſed facti tenax, & nuncia Veri, quæ de per ſe facere ſolet plenam, & concludentem probationem, etiàm ſi nullis ſuffulta eſſet adminiculis, vt teſtatur *Maſcard. de probat. 3. quæſt.1 num.27.*, & fuit dictum ab Auditoribus *Rota in Toletana Canonizationis Beatæ Ioannæ à Cruce tit. de Proceſſu Compulſoriali §. Sanctitas.*

Quantò fortiùs igitur dùm corroboratæ, & adminiculatæ remanent ex publica retentione deuotionis Cauſa Tabellarum repræſentantium Imaginem Serui Dei in præfata Congregatione nuncupata de Bianchi, vt ſuperiùs probatum fuit, ac in Illuſtriſſima Domo Poderica, vt videre eſt *in Summ. num.13. §.16., & 17. pag.63.*

Ac etiàm ex frequenti diſtributione eius Imaginum, quarum Interceſſione plura in dies patrantur Miracula, necnon ex lectura eius vitæ in Refectorio Plurium Religionum ad Imitationem, & exemplum perfectionis, vt paritèr ſuprà oſtenſum fuit, ex quibus circumſtantijs Teſtium depoſitiones verificari, & adminiculari ſolent, vt concludit *Rota deciſione 45. numero 24., & deciſione 184. num. paritèr 24. part.6. Recent.*, & ſic adminiculatæ magis probant ex ſupradictis.

Nequè

Nequè hæc ſatis, nàm de prædicta Sanctitatis fama, ac Miraculorum Serui Dei, Pluſquàm Quindecim Celebres, & approbati Hiſtorici honorificam mentionem fecerunt, vt ſuperiùs oſtenſum fuit in §. *Concordat &c. & in §. Secundus Teſtis &c.*, Inter quos Pater Hyppolitus Maraccius Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei in ſuo libro intitulato Fundatores Mariani, impreſſo Romæ Anno 1643. = *ſic inquit* = *Franciſcus verò Caracciolus cum magna opinione Sanctitatis ad ſuperos euolauit.*

Et Ioannes Vincentius Ciarlantes in ſua Samnij hiſtoria ædita de Anno 1644. eum in Sanctitate comparando S. Franciſco Aſſiſienſi ità ſe expreſſit = *fù egli diuotiſſimo di S. Franceſco, e per ciò il ſuo nome s'impoſe, e parche ad vn certo modo à diueder ſi dia, che il Santo partecipe lo faceſſe delle ſue Gratie per alcune ſimiglianze, che trà loro ſi veggono, forſe per diuin volere, e non ſenza miſterio auuenute; d'Anni 25. laſciò il Santo le vane pompe del Mondo, e dell'iſteſſa età le laſciò anche Franceſco; ſubito ſi diede quello à mortificar ſe ſteſſo, & à faticare per ridurre Anime à Chriſto, e ſubito queſto ſe ſteſſo macerò, e faticò per far lo medemo acquiſto; fondò quello la Religione de Minori à frati, fondò queſto la Religione de Minori à Preti, venti anni per la Comun ſalute conſumò il Santo, e il ſuo deuoto ne conſumò per l'iſteſſo effetto altretanti, d'anni 45. volò quello al Cielo, della medema età tralaſciò queſto le miſerie del Mondo, & in ſomma per quanto piamente creder poſſiamo ſtia anche egli in compagnia di quello à godere il guiderdone, che à i ſuoi fedeliſſimi Serui hà il Sig. preparato &c.*

Don Ioſeph Miceli nel Teſoro della Cauallaria impreſſo Mattriti de Anno 1642. ſic loquitur = *Moderno es pues el Inſtituto, Rezientes los fundadores, ayer conocimos el grande Auguſtin Adorno, y ſu compañero Franciſco Carachiulo, y a otros muchos hijos deſtos Venerables Padres, che mañana veremos plaziendo à Dios Beatificados y en el numero de los Sanctos de la Igleſia; Però nò los auemos de mirar como Santos rezientes, por que en las Virtudes, que los adornaron ſon los antiquos della Igleſia, y de otros Calificados Patriarcas, que le dieron ſu mayor nobleza.*

Barboſa in Summa Apoſtolicarum Deciſionũ Collect. 176. = *Moritur Sanctiſſimo ſine Neapoli Pater Auguſtinus Adorno biennio ferè poſt fundationem, & Sepultus eſt in Eccleſia S. Maria Maioris, ibique etiam P. Franciſcus Caracciolus, qui in ſeculo dicebatur Aſcanius cum magna Sanctitatis opinione.*

Plures etiàm alij Chroniſtæ, & Hiſtorici de eius Sanctitate mentionem fecerunt, nimirum P. Dominicus Fiumara in Chronica ſuæ Religionis, Pater Petrus de Souſa paritèr in ſua Chronica ſuper fundatione, & progreſſibus huius Religionis in Hiſpania, dequè eo paritèr tractat quidam liberculus editus de anno 1647. ſub titulo *la Venerabile Religione de Chierici Regolari Minori*, & tres alij Authores ex Profeſſo ſcripſerunt, & typis ediderunt eius vitam tanquàm Viri inſignis in Sanctitate, nempè Abbas Ioannes Baptiſta Pacichelli, & Pater Clemens Piſelli, necnon Celebris Doctor Ignatius de Viues.

Nemo autèm ignorat, quod ab Hiſtoricis optimè in antiquis fama probari ſolet, *vt teſtat. Gratian. diſcept. 893. numer. 6. ad 9.*

Mat-

Matta de Canonizat. Sanct. part. 4. cap. 24. num. 31., & 32. Pignatell. consult. 65. num. 1. tom. 4., Rota coràm Merlin. dec. 807. numer. 4., & apud Coccin. 1867. numer. 19., & coràm Buratt. decis. 258. numero 2., & in Recent. decis. 93. numero 14. cum duobus sequen., & decis. 353. num. 25. part. 5., & decis. 196. num. 4. par. 19.

Quod multò magis tenendum est in casu nostro, quia tot Historici, Authoresquè insimul concordant, quod pro argumento Veritatis accipitur, *Rota decis. 106. numer. 9. part. 10. Recent.* quando vnus solus Iunctus cum publica voce, & fama sufficeret, *Manf. consult. 156. numero 16.*, qui plures cumulat: & vlteriùs pluribus circumstantijs adminiculati sunt, quod multum auget eorum fidem, vt in proposito considerat *Mascard. de Probat. conclus. 753. num. 19. de Luca de Regalib. disc. 51. num. 7. Rota coràm Ludouis. dec. 777. num. 4.*, & demùm cum illis concordare reperiuntur Dicta omnium Testium, quo casu ex omnibus simul iunctis perfecta omninò, ac concludentissima constituitur probatio, *Rota dec. 246. n. 26. par. 6. & dec. 106. n. 9. par. 10. Rec.*

Contrà ipsam tamen insurgit solita, & incomparabilis diligentia, Reuerendissimi Domini Promotoris, qui nihil inconsideratum relinquit, & intactum, eamque debilitare prætendit reijciendo illos octo Testes examinatos in Processu super non Cultu sub prætextu, quod cum suum effectum sortiti iàm fuerint in alia Instantia, non sint in ista ampliùs admittendi, præsertim quia non fuerunt repetiti in Processu facto authoritate Apostolica, nec probatur eorum prædecessus.

Verum præmisso, quod etiàm sine istis Testibus plenissimè, & concludentissimè probata remanet fama Sanctitatis, & Miraculorum Serui Dei, scilicèt ex Depositionibus decem & septem Testium Authoritate Apostolica examinatorũ demptis etiam Primo, XIV., & XVI., qui tanquam nimis generaliter deponentes libentissimè transmissi fuerunt, & ex præfatis Attestationibus, ac ex relatione plusquàm quindecim Historicorum, & Chronistarum, & ex tribus Authoribus eius vitæ, iunctis Circumstantijs superiùs recensitis.

Vlteriùs respondetur, quod nulla lege interdictum reperitur, nequis in alio articulo vti valeat Iuribus in eadem Causa, & inter easdem Partes productis ad coadiuuandum Probationes: Imò passim in hoc supremo Tribunali id admitti solet, vt indiuidualitèr seruatum fuisse videmus in vna Mexicana Serui Dei Gregorij Lopez in simili Dubio super fama Sanctitatis in genere, in qua constructo in Vrbe Processu remissorialì admissi fuerunt, vltrà nouem Testes examinatos Authoritate Apostolica, alij duo præcedentèr examinati, nempè de anno 1675. in Processu Constructo auctoritate Ordinaria super non Cultu, idemq; pariter seruatũ fuit in Romana Beatificationis, & Canonizationis Seruæ Dei Claræ Mariæ de Passione, Fundatricis Monasterij nuncupati Regina Cæli super simili dubio.

Absquè eo, quod possit opponi, quod prædicti Testes videantur esse minoris ponderis, eò quià eorum depositio fuit recepta coràm vno tantùm Episcopo, & illa, quæ expletur auctoritate Apostolica recipi soleat ad minùs coràm duobus; quotiescumquè

enim Teſtes examinati Auctoritate Ordinaria concordant in ſubſtantia cum examinatis Auctoritate Apoſtolica, tunc ex praxi huius Sacræ Congregationis releuantur ad perfectum probationis gradum, & abſque vllo diſcrimine admittuntur ad corroborandam probationem factam à Teſtibus Remiſſorialibus, vt tradit *Caſtellin. de Certit. Glor. Sanctor. cap. 2. punct. 18. pag. 89.*, *Lezana conſult. moral. Prima n. 28. Conſilor. de Canonizat. Sanctor. cap. 4. num. 20.*, idemque firmarunt *Auditores Rotæ in relatione Canonizationis S. Franciſcæ Romanæ par. 1. art. 2. §. Dicimus &c. & Beati Pij Quinti part. 1. ſub §. Alterum*, vbi leguntur hæc verba= *Exploratum eſt probationes factas coràm Ordinario circà Canonizationem, non eſſe omninò reyciendas, ſed cum Proceſſu Authoritate Apoſtolica coniungendas, & ex his ſimùl iunctis, quandò correſpondent Proceſſui Apoſtolico ad Canonizationem, poſſe procedi*.

Non obſtat, quod Teſtes iſti non fuerint repetiti in Proceſſu remiſſoriali, nec doceatur de eorũ prædeceſſu, quià cũ principaliter examinati fuiſſent ſuper alia materia, nempè ſuper non Cultu, non intrabat eorum repetitio, quæ ſolùm in eadem, non autèm in diſparata materia fieri ſolet.

Præter quod cum omnes prædicti Teſtes examinati fuerint de anno 1676., & examen factum in Proceſſu Remiſſoriali inceperit de Menſe Auguſti 1702., & terminauerit de anno 1703. ob eorum longæuam ætatem prædeceſſiſſe præſumendum eſt; Ignatius enim de Viues de tempore præfati examinis ſuper non Cultu, nempè 16. Aprilis 1675. erat annorum 58., & ſic de anno 1701. habuiſſet annos 85. Marchio de Vigliena erat annorum 54., & habuiſſet annos 81., Don Ioannes Baptiſta Marcuſcellus erat annorum 44., & ſic habuiſſet annos 71. Carolus de Amato tunc annorum 50. habuiſſet de tempore examinis annos 77. prout D. Ioannes de Vigliena qui pariter erat annorum 50., Marchio Podericus annorum 56. habuiſſet annos 83. Don Fuluius Caracciolus annorum 45. habuiſſet annos 72. Pater Baſilius Rinaldi annorum 65. habuiſſet annos 92. vt ex Eleneo Teſtium dato in Poſitione ſuper Signatura Commiſſionis.

Vndè tutò dici poteſt, quod nullus ex illis de anno 1703. ſuperſtes eſſe potuerit, quia homo vltrà 60. annos præſumitur ſolùm ſuperuiuere per alium annum, vt reprobando concluſionem, quod quiſque præſumitur viuere vſque ad centum annos firmat *Alex. in l. Hæreditatum ff. ad l. falc.*, *Gabriel. de præſumpt. lib. 1. concluſ. 16. num. 5.*, *Rota deciſ. 41. parte 12. num. 19.*, vbi quod homo 70. annorum præſumitur iam deceſſiſſe, & quod iſte dicitur longæuus Vitæ curſus, & *ſub num. 22.*, & 23., dicit, quod præſumptio, quod quis viuat centum annos, eſt negatiua non affirmatiua; ità vt vltra non præſumatur viuere, ſed non tantum.

Et nihil officere poteſt, quod aliqui ex prædictis octo Teſtibus affirmantibus, quod aduersùs Famam Sanctitatis Serui Dei, nihil vnquam dictum, aut auditum fuerit in contrarium, non addiderint clauſulam, quod ſi ſecùs eſſet, ipſi ſcirent, in qua ſubſtantiari videtur negatiua coarctata, quam propterea adhibuerunt ferè omnes alij Teſtes examinati in Proceſſu Remiſſoriali, vt aduertit Reuerendiſſimus Dominus Promotor in prædictis ſuis Animaduerſionibus §. *Primo dicti octo in fin.* Ete-

Etenim de Iure Teſtes negatiuam coarctare dicuntur, etiam ſi non deſcendant ad hoc Indiuiduum, quod ſi ſecùs eſſet ipſi ſciuiſſent, dummodò tamen ex eorum depoſitionibus appareat, vt in caſu noſtro, quod ſunt benè informati de materia, ſuperqua depoſuerunt, hoc enim prædictæ clauſulæ eſt omninò æquipollens; quam Concluſionem tanquam indubitatam ſemper amplexa fuit *Rota* vt videre eſt *coràm Ludouiſ. deciſ.* 125. *antè num.* 6., & ibi *Addens num.*27. *litt.D.*, *& coràm Bich. deciſ.* 522. *num.* 16., *& coràm Zarat. deciſ.* 116. *num.* 15., *& coràm Cerro deciſ.* 508. *num. primo. & dec.*380. *nu.*16. *par.*11.*Rec.*

Animaduerſum quoque fuit à Reuerendiſſimo Domino Promotore, quod Teſtes examinati auctoritate Apoſtolica diſcordant ab examinatis auctoritate Ordinaria in deſcribendo locum vbi iacet Corpus Serui Dei, dùm Primus, & Sextus ex Proceſſu Remiſſoriali dicunt, quod iacet = *Proprio ſotto l' Altare Maggiore*, *vt in Summario Num.*12. §.1., *&* 8. *pag.*56., *&* 57.; E contrà verò Primus, ex Proceſſu ſuper non cultu, quod iacet = *Frà detto Altare*, *e la Porta del Choro*, *Summario Num.*12. §. 28.*pag.* 51., Tertius = *dietro l'Altare Maggiore* = *dicto Summario Num.* 11. §.35.*pag.*52.; Ità etiam Quintus ibidem §.43. *pag* 53., & Sextus *Summario Num.*12. §.8.*pag.*57., & Octauus examinatus auctoritate Apoſtolica *eodem Summario Num.*12. §.14. *pag.*58.

Verùm ceſſat omnis contrarietas, quià Corpus Serui Dei iacet in Choro retrò Altare Maius à Cornu Euangelij intèr prædictum Altare, & Portam Chori in parua diſtantia à ſepultura communi Patrum, vt videre eſt in duplici Icona, quæ datur Eminentiſſimo Domino Ponenti, & ità dicunt omnes Teſtes; Primus enim ex Proceſſu Remiſſoriali ex aduerſo allegatus ſic ait = *Fù trasferito il Corpo ſudetto nel loco del Choro dietro l' Altare Maggiore al Corno dell' Euangelo frà detto Altare*, *e la Porta del Choro ſudetto poco diſtante dalla ſepoltura commune di detti Padri* = *dicto Summario Num.*11. §.28. *pag.*51.

Idemque ait Tertius allegatus in obiecto, vt ſuprà ibi = *Proprio nel Presbiterio dietro l'Altar Maggiore poco diſtante dalla ſepoltura commune de Padri* = Cum quibus concordat Quintus, & Sextus, & Octauus dati in *Summ. Num.*11. §.35. 48., *&* 57., & ſic omnes coincidunt in Idem.

Præterquamquod hoc non reſpicit Sanctitatem Serui Dei, de qua nunc agitur, nec exindè deſumi poteſt aliquod obſtatiuum, ſeù detractiuum eius Famæ; Et dato etiam quod aliqua contrarietas circa hoc eſſet inter hos Teſtes (quod certè in caſu noſtro dici non poteſt) quotieſcumque tamen talis contrarietas non reſpicit ſubſtantialia, nempè Sanctitatem, ſed tantùm accidentalia, ſcilicèt prædicamentum loci, vbi iacet Corpus Defuncti, de quo nunc non eſt quæſtio, nullo modo Famæ Sanctitatis Serui Dei officere poſſet, nec in hoc articulo eſſet de Iure attendenda *Farinac. de Teſtibus quæſt.* 65. *num.* 20., *Gratian. diſceptat.* 551. *num.*30., *Sperell. deciſ.*81. *num.*52., *Rota eor. Ludouiſ.dec.*547. *nu.*9. *& ſeqq.*

Alia etiã contradictio obſeruata fuit à Reuerendiſſimo Domino Pro-

motore inter prædictos Teſtes examinatos auctoritate Apoſtolica alioſque examinatos auctoritate Ordinaria, dum ex illis Primus & Secundus dicunt non viſitaſſe Sepulchrum Serui Dei, nec ab alijs viſitari vidiſſe. Tertius etiàm neſcire, vbi iacet, cum quo concordat Primus Examinatus ex officio in Proceſſu Remiſſoriali, & quinque alij notati in Animaduerſionibus.

Ex quibus tamen delendi ſunt Octauus datus *in Summ. Nu.* 12. §. 14. *pag.* 58., *& XII. Proc. fol.* 299. *prout etiam XV. Proc. fol.* 335., quia iſti indiuidualitèr deſcribunt locum ſepulchri, quamuis concordent cum alijs in hoc, quod illud non viſitarunt, nec viderunt ab alijs viſitari.

E contrà verò, vt proſequitur idem Reuerendiſſimus Dominus Promotor ſeptem Teſtes examinari auctoritate Ordinaria in Proceſſu ſuper non Cultu deponunt de eorum, aliorumque acceſſu ad Sepulchrum Serui Dei, vt videre eſt *in Summ. Num.* 12., per totum quibus addi debet etiam Sexrus examinatus auctoritate Apoſtolica, de quo ſuprà mentionem fecimus in §. *Sextus Teſtis*, qui fatetur pluriès ad illud acceſſiſſe Deuotionis Cauſa, ſcirque ex eodem motiuo id pariter practicari ab alijs, ſtante magna Fama Sanctitatis, quæ de illo viget in Ciuitate Neapolis, vt legitur *in d. Summ. Num.* 12. §. 8. *pag.* 57.

Pro ſolutione huius difficultatis reflectendum videtur, quod Sepulchrum Serui Dei exiſtit in parte poſteriori Præsbyterij, (nempè retrò Altare Maius, quæ à quibuſdam vocatur Propitiatorium, vel Sacrarium, & à Concilio Btacarenſi Sanctuarium Altaris, in quo Sacerdotes conueniunt ad celebranda Diuina Officia, nec ibi introire Sæcularibus licèt, iraut meritò Zelantiſſimus Mediolani Archiepiſcopus Ambroſius exindè excluſerit Imperatorem Theodoſium, qui ibi perſiſtebat, poſtquàm ſuam fecerat oblationem, ſolumque Imperatoribus ad ipſum patebat aditus, in die eorum Coronationis, & in Veſperis Paſchatis ad Thurificandum Altare, eſtque ſpeciale priuilegium Magni Magiſtri Hieroſolymitani poſſe ibi aſſiſtere, dùm Diuina recitantur Officia ſub Baldachino, quod nulli alio ex Sæcularibus Principibus conceſſum eſſe teſtatur eruditiſſimus *Dominicus Magrus in noticia vocabulorum Eccleſiaſticorum*, *vocabulo Chorus*; *& vocabulo Præsbyterium*; Quanquam id etiam practicari à Sereniſſimo Ianuenſium Duce, & fortaſſe ab alijs, quotidiana docear experientia.

Nil mirùm igitur, ſi locus iſte priuatiuè reſeruatus Religioſis, extrà comercium Sæcularium poſitus, ad quem non niſi per interiora Domus Regularis patet ingreſſus, communitèr non frequentatur, imò etiam ferè omnibus, ipſique Medico Religioſorum eſt impetuius, & ferè ignotus, cui ad Infirmariam liber patere debet aditus, non autem ad Chorum, haſque difficultates pauci tantùm ſuperant, qui precibus, vel aliqua adiuti occaſione ad illum impetrant acceſſum, & iſti referuntur *in Summ. Num.* 12. *pag.* 59. *ad* 62.

Et Secundus Teſtis eiuſdem Religionis, qui timuit deponere de formali Cultu prohibito à Decretis Generalibus, & propterea dixit modo particulari non viſitaſſe dictum Sepulchrum, ſubdit

tamen

tamen = *Dico eſſerne venuti molti per ſapere, one ſtaua ſepolto il detto Corpo, e queſto lo sò per hauerlo molti domandato à me per hauerlo ſentito dire dall' altri Padri della mia Religione* = prout relatum fuit *in Summ. Num.* 12. §. 1. *pag.* 56.

Cùm igitùr Sepulchrum Serui Dei ſituatum ſit non in Eccleſia, vel alio loco obuio, & patenti, ſed reſerato, & clauſo, & Sæcularibus ferè inacceſſibili, ſicuti confluere, non poteſt ad ipſum frequentia Populi; ità reſpectu ipſius non poteſt verificari, nec augumentum, nec diminutio concurſus, itaut exindè obnubilata remanſerit Fama Sanctitatis Serui Dei, quæ tali caſu ex alijs circumſtantijs deſumi debet, nempè ex multiplici Teſtium depoſitione, ac Atteſtationibus tot Inſignium Virorum in Epiſcopali Cardinalitia, & etiam Regia Dignitate Conſtitutorum, nec non ex Relationibus plurium Hiſtoricorum, Authorumque eius Vitæ, qui vnanimitèr de prædicta Fama, eiuſque continuatione, ac percrebeſcentia teſtati ſunt.

Nullaque paritèr contrarietas conſiderari poteſt intèr Teſtes reſpectu deuotionis, quam habet Populus Neapolitanus, ergà Seruum Dei, quià quatuor ex Proceſſu Remiſſoriali, nempè Primus. X. XI., & XII. citati in Animaduerſionibus non negant abſolutè, quod dicta Deuotio non vigeat, ſed quod ipſi hoc neſciunt, vt videre eſt in folijs allegatis à Reuerendiſſimo Domino Promotore, nempè Primus *fol.* 131. = *Io non sò, che il Popolo qui di Napoli, ò d' altre parti habbia diuozione verſo detto Seruo di Dio* = Nonus *fol.* 262. = *Io non sò, ſe il Popolo di Napoli habbia diuozione à detto Seruo di Dio Padre Franceſco Caracciolo, però sò, che in detta Congregazione de Bianchi è tenuto in grandiſſima Veneratione di Santità da detti noſtri Fratelli* = Decimus = *Non sò, ſe il Popolo di Napoli poſſa hauere Deuozione particolare à detto Seruo di Dio*, Vndecimus Medicus Clericorũ Minorũ Neapoli = *Non sò, ſe il Popòlo habbia Diuozione verſo detto Seruo di Dio, però Io nè ſono diuoto nella forma, che bò detto di ſopra* = Duodecimus = *Io non sò, ſe il Popolo di Napoli, ò altri habbiano diuozione verſo detto Seruo di Dio*.

Iſti igitur Teſtes dicunt tantummodò neſcire, cæteri verò benè deponunt de hac deuotione ergà Seruum Dei; Vndè ſtandum eſt his, qui de certa ſcientia abſolutè, & poſitiuè teſtantur, cum non omnes qualitates innoteſcere poſſint omnibus Teſtibus, nullaque propterea intèr ipſos contrarietas oritur, ſi de his aliqui deponunt, & alij dicunt ignorare, *Alex. conſ.* 24. *num.* 43. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1361. *num.* 6. *Farinac. de Teſtibus quæſt.* 65. *num.* 11.; & poteſt ſtare ſimùl, quod de aliqua re adſit in vno loco publica Vox, & Fama, & tamen ab aliquibus ignoretur, abſque vlla pœnitùs Teſtium contrarietate, vt dixit *Rot. dec.* 56. *num.* 16., & 17. *par.* 7. *Rec.*

Idemq; dicendũ eſt de Fama Miraculorum, quæ nullus ex Teſtibus allegatis in Animaduerſionibus dicit à Seruo Dei facta non fuiſſe, ſed pauci ibi allegati dicunt, quod non audierunt dicere, quod facta fuerint, & nec minùs in contrarium, quod ſcilicèt facta non fuerint; Primus enim his verbis ſe expreſſit = *Dico ben sì, che*

ſi come hò detto, che non sò, ne hò ſentito dire, che detto Seruo di Dio habbia fatto alcun Miracolo, così ancora dico, che non hò ſentito dire, che detto Seruo di Dio non habbia fatto Miracolo alcuno, vt legitur *in Proc. fol.* 132.

Tertius = *Non sò di certo, che detto Seruo di Dio ne habbia operato,* (loquitur de miraculis) *nè mi ricordo bene, ſe nell'Iſtoria della Sua Vita ve ne ſia regiſtrato qualcheduno, benſì mai hò ſentito dire coſa in contrario, Proc. fol.* 163.

Nonus verò deponit affirmatiuè de gratijs factis ad Interceſſionem Serui Dei, & ſic iſte non debet computari intèr negantes, ſed potiùs intèr affirmantes; Nam iuxtà XIII. Interrogatorium *Proc. fol.* 262. *tergo*, ſic ait = *Ben sì hò inteſo dire da diuerſe Perſone, cioè da i Padri Don Filippo Origlia, e Padre Mauritio Ferlingieri Sacerdoti della Congregazione de Padri Pij Operarij di queſta Città, e da vn Secolare degno di Fede, che non mi ricordo il nome, che detto Padre Franceſco Caracciolo habbia fatto grazie à Fedeli, che ſi ſono raccomandati alla ſua Interceſſione nelle loro Infermità.*

Et ſuper nono articulo ità deponit = *Hò depoſto negl'Interrogatorij, che hò ſentito dire, che detto Padre Franceſco Caraccioli habbia operato dopo la ſua morte qualche Grazia a qualche deuoto, che ſi ſia raccomandato ne ſuoi biſogni all'Interceſſione di detto Seruo di Dio; però non sò, nè hò ſentito dire ſe detto Seruo di Dio in Vita habbia operato molti miracoli proceſſ. fol.* 267. *terg.*, & ſic iſte deponit ad fauorem.

Decimus poſtquam dixit neſcire, an Seruus Dei fecerit vllum miraculum ſubdit = *Nondimeno poſſo deporre, che non hò ſentito dire coſa in contrario, nè che egli non haueſſe fatto mai tali miracoli, proc. fol.* 275. *ter.*

Vndecimus expreſsè teſtatur de miraculis in Vita, in morte, & poſt mortem, ideoque inter Affirmantes eſt reponendus, etenim Proc. fol. 287. ter. ſic ait = *E sò dalla lettura del Compendio di detta Vita, e per hauerlo inteſo dalli PP. di d. Religione, che detto P. Franceſco Caraccioli in Vita, in morte, e doppo morte habbia fatto miracoli, e grazie, ~~però non poſſo dire, che habbia inteſo dire ciò per publica voce~~, e fama, benche habbia ſentito dire per publica voce, e fama, come di ſopra, che detto P. Franceſco Caracciolo ſia viſſuto, e morto con opinione di Santità, dico benſì, che mai hò ſentito dire, che li Miracoli operati da detto Seruo di Dio non foſſero ſtati tali, e che foſſero ſtate coſe, che naturalmente poteuano accadere.*

Proùt etiam Teſtis XII. qui in Proc. fol. 300. concludit his verbis = *Non hò ſentito dire, che habbia fatto miracoli, e ne meno, che non habbia fatto &c.* = & fol. 304. = *ſolo hò inteſo dire da vn Padre di detta Religione, che non mi ricordo il nome, che detto Padre Franceſco Caracciolo haueſſe guarito vn'Infermo, che ſi era raccommandato alla ſua Interceſſione.*

Teſtis XVII. paritèr expreſsè teſtatur de Miraculis patratis ad Interceſſionem Serui Dei, vt legitur in Proceſſu fol. 355. ibi = *Hò ſentito parlare, e nominare del detto Padre Franceſco Caracciolo, che ha*

ueua fatto miracoli, nè mi ricordo, ſe le dette Perſone haueſſero detto, che tali miracoli gli haueſſe operato in Vita, ò doppo morte, però dico, che da alcune Perſone ſolamente hò ſentito dire, che detto Padre Franceſco Caraccioli habbia fatto miracoli non per publica voce, & fama, ne mai hò ſentito dire, che li miracoli non ſiano ſtati tali, mà ſolo fatti, che naturalmente poteuano accadere.

Tres igitùr tantùm Teſtes, nempè Primus, Tertius, & Decimus dicunt non audijſſe publicè loqui de miraculis Serui Dei, ſed nèc minùs audijſſe in contrarium; Decem verò ex Proceſſu Remiſſoriali dati, & reſpectiuè indicati in *Summ. Num.* 14. *pag.* 64. *&* 65., concludentiſſimè, & ex certa ſcientia deponnnt de fama miraculorum Serui Dei, quibus addendi ſunt Nonus, Vndecimus, Duodecimus, & Decimus ſeptimus ſuperiùs recenſiti, quamuis allegati in Animaduerſionibus, qui id paritèr conteſtantur; Iſti igitur ſunt præferendi, tùm quia ſunt plures numero, quod in Conflictu Teſtium ſummoperè eſt attendendum ex deductis per *Manſ. conſult.* 128. *num.* 62. *& per Rotam apud Gregor. deciſ.* 322. *num.* 6., *& coràm Emerix dec.* 113. *num.* 5., *& in recent. dec.* 369. *num.* 65. *par.* 19.

Tùm etiam quia poſitiuè, & expreſsè deponunt de fama miraculorum: illi autèm tres non excludunt, quod miracula facta non fuerint; Et pro ſubmouenda quacumque contrarietate, ſat eſt dicere, quod non eſt neceſſe, quod omnes Teſtes de omnibus ſint Informati; poteſt enim ſtare ſimùl, quod de aliqua re exiſtat publica vox, & fama, & tamèn, quod aliqui id neſciant, vt ſuperiùs probatum fuit ex authoritate Rotæ in §. *Iſti igitur*.

Opponitur quoq; à Reuerendiſs. Domino Promotore, quod X. XII., & XIII. Teſtis ex Proceſſu Remiſſoriali referunt non audijſſe diſtinctè, & ſpecialitèr dicere, quod Seruus Dei poſſederit Virtutes Theologales, & Cardinales in gradu hæroico, in quo reſidet totum Sanctitatis fundamentum.

Pro ſolutione huius difficultatis, ſufficit percurrere eorum dicta; Siquidem Decimus Teſtis apertiſſimè teſtatur, quod Seruus Dei communitèr habitus fuit = *per huomo aſſai Virtuoſo nelle Virtù Chriſtiane, vt in Summ. Num.* 8. §. 64. *pag.* 39. & ſubdit = *Non hò mai vdito dire, che ſia ſtato huomo di Virtù ordinaria*.

Duodecimus etiam Teſtis reſpondendo ad Nonum Interrogatorium dixit, quod in Ciuitate Neapolis viget publica vox, & fama eius Sanctitatis, & reddendo Cauſam ſcientiæ ſubdit = *parimente poſſo ſupporre, che ſia tenuto in ſtima di Santità per le azzioni heroiche, che hò ſentito quì in Napoli dire, che detto Padre Franceſco Caraccioli habbia operato tanto in Napoli, quanto in Roma, però non poſſo dire ſpecialmente hauer ſentito dire diſtintamente, ſe habbia poſſeduto le Virtù Theologali, e Cardinali in grado eroico ſino alla ſua morte, vt in Proc. fol.* 298.

Item *XIII.* proteſtatur audijſſe, quod Seruus Dei vbicumque traduxit Vitam, ſiuè Neapoli, ſiuè in Hiſpania, ſiuè in Sicilia, impreſſam reliquit magnam famam eius Sanctitatis, & Miraculorum, vt videre eſt in Proceſſu fol. 309. ibi = *E che in Napoli ſia viſſuto con fama, & opinione di gran Santità, e Miracoli &c.* = & infrà = *E che la Santità di detto Serno di Dio ſia ſtata comprobata con Mi-*

raco-

racoli, come hò detto di sopra &c. = Idem enim dixerat iuxtà Septimum *I*nterrogatorium pag. 308. ter. ibi = *da quali parimente hò inteſo, che habbia fatto molti miracoli, mentre viſſe, e dopo morte &c.* Quodque dicta fama eſt firma, & conſtans, nèc aliquid vnquam fuit dictum in contrarium, *d. pag. 309. ter.*

Si enim prædicti Teſtes dicunt, quod comunitèr audierunt prædicarī famam Sanctitatis Serui Dei, proptèr actiones hæroicas, quas fecit, addendo inſupèr quod fuit etiam comprobata miraculis, tàm in Vita, quàm poſt mortem, & deſcendunt ad hoc indiuiduum, quod ipſe non habuit Virtutes in gradu Ordinario exindè perneceſſe infertur, quod etiam in eorum ſenſu, aliorūquè, qui de ipſo loquebantur, eas exercuit in gradu hęroico, nec erat neceſſe, quod, qui Sanctum eum prędicabant, & exiſtimabant, irent per vias ſpecialitèr declamādo, iſte Sanctus habuit Virtutes Theologales, & Cardinales in gradu hęroico, in illa enim generali expreſſione Sanctitatis omnia ſubalterna, & conſtitutiua Sanctitatis implicitè cōtinebantur, & de Iure ſufficit, quod Teſtes implicitè aliquid aſſerāt, licèt expreſsè non dicant *Rota dec. 430. nu. 49. par. 5.* Taciti enim, & expreſſi eadem eſt Virtus *l. cum quod Tertia, vbi Gloſſ. ff. ſi certum petatur Marſil. ſing. 387. Manſ. conſult. 3. n. 36.* eumdemquè operatur effectum *Rota dec. 342. num. 4. par. 19. rec.*

Meritò igitùr hanc conſequentiam ex præmiſſis deduxerunt tres Teſtes ex Proceſſu Remiſſoriali, nempè Pater Marcianus Congregationis Oratorij datus in *Summ. Num. 9. §. 8. pag. 43.*, cuius verba quamuis ſuperiùs relata in §. tertius Teſtis placet tamèn pro maiori euidentia iterùm per extenſum hic referre, & ſunt = *Eſſendo publica voce, e fama delle Virtù, e bontà di detto Seruo di Dio Franceſco Caraccioli, ne ſiegue per conſequenza, che ſia ſtato eſimio nelle Virtù così Theologali, come Cardinali, e Morali.*

Et XV. qui ſuper 5. Articulo reſpondit = *Hò detto di ſopra nell' vltimo mio eſame, che io ſapeuo per publica voce, e fama in queſta Città di Napoli per le notitie, che hò detto di ſopra, che il detto Padre Caracciolo ſia viſſuto, e morto con opinione di Santità, dal che poſſo credere, che habbia poſſeduto tutte le Virtù, che ſi contengono in queſti trè Articoli*, vt videre eſt in Proceſſu fol. 339. terg.

Idque paritèr concludit Primus Teſtis examinatus ex officio *Summ. Num. 8. §. 81. pag. 41.* ibi = *Con tutto ciò ſuppongo, che habbia poſſeduto le Virtù Teologali, Cardinali, e Morali in grado eroico per la ſtima, & opinione, che corre di detto Seruo di Dio.*

Creſcitque Vis argumenti, quià duodecim Teſtes ex eodem Proceſſu Remiſſoriali apertiſſimè, & concludentiſſimè dicunt vigere vbique famam, quod Seruus Dei poſſedit, & exercuit omnes Virtutes, tam Theologales, quàm Cardinales, & Morales in gradu perfectiſſimo, & hæroico, ità ſecundus Teſtis *Summario Num. 8. §. 2. ad 11. pag. 31., & §. 14., & 18., pag. 32., & 33. & in Summario Num. 9. §. 2. pag. 42.*; Ità etiàm Tertius *dicto Summario Num. 8. §. 21., & 29. pag. 33., & 34., & Num. 9. §. 8. pag. 43.*; Ità Quartus *dicto Summario Num. 8. §. 25., & 30. pag. 34.* Ità Quintus *eodem Summario Num. 8. §. 31. 32., & 33., pag. 35., & 36.* Ac Sextus *ibidem §. 42. pag. 36., & in Summario Num. 9. §. 12. pag. 43.*, & Se-

& Septimus *dicto Summario Num.*8. §.46., 48., & 49. *pag.*37., qui non teſtatur hauſiſſe ſolùm eamdem famam ex lectura Vitæ Serui Dei, ſed addit, quod hæc fama Originem habuit à Fratribus de Bianchi, nec non à Patribus Congregationis Piorum Operariorum, & à Perſonis Eccleſiaſticis, aliiſque Duodecim Authoribus, qui mentionem fecerunt de Seruo Dei, quod etiàm repetijt *in Summario Num.*9.§.16.,& 17.*pag.*44.

Conſonat cum eiſdem Octauus Teſtis datus *in Summario Num.*8.§.53. *pag.*47., & *in Summario Num.*9. §. 19. *pag.* 44. nec non Vndecimus *dicto Summario Num.*8. §.73.*pag.*40.,Et *Num.*9.§.21.*pag.*45. & Decimus Quintus Proceſſu *fol.*339. *tergo*, ac Decimus Septimus, *eodem Summario Num.*8.§.78.*pag.*41.,ac etiàm Primus Teſtis examinatus ex Officio, & relatus *in Summario dicto Num.*8. §.81.83.& 84.*pag.*41.,& 42.

Nullumque propterea diffidium conſiderari poteſt inter hos Teſtes, ex quibus alij implicitè, & alij expreſsè teſtati ſunt de Virtutibus Serui Dei in gradu hæroico; Quià Teſtes non dicuntur contrarij, dum per diuerſa media, idem concludunt, *Rota deciſ.*437.*n.*5. *par.*4.*tom.*3.*recent.*,Quinimò hoc Caſu dicuntur *Conteſtes dec.*269. *num.*2.*par.*7.*recent.*

Quo verò ad famam Sanctitatis Serui Dei, ſupponit Reuerendiſſimus Promotor, quod originem ſumere potuerit ex quadam Accademia facta de Anno 1660. à Clericis Minoribus in honorem eorum Fundatoris, allegando ad hunc effectum Dictum Primi Teſtis, cuius verba deſumpta *ex Proceſſ.fol.*127. *tergo*, refert *in* §. *Quòdque in hypotheſi &c.* Verùm his addenda ſunt, quæ ipſemet Teſtis dixit *in ſequenti folio* 128. vbi ſic loquitur = *E da queſto fatto ſin d'allora concepij il credito, e fama di queſto Padre Franceſco Caracciuli, che foſſe gran Seruo di Dio, e tale Credito, & opinione di detta fama di Santità la conobbi commune in tutti quei, che aſſiſteuano in quella Accademia, quali Perſone come hò detto, erano Perſone Religioſe, Nobili Letterate, di qualità, e di buoni coſtumi reſpettiuamente*, = & ſic patet, quod prædictus Teſtis præoccupatos anteà reperijt de prædicta fama, omnes aſſiſtentes in dicta Accademia,

Iſta itaque fama non habuit ortum ab Accademia, ſed ab Interuenientibus in Accademia, qui aliundè de ea priùs erant Informati,

Et de facto omnes Teſtes ex Proceſſu Remiſſoriali ſuperiùs recenſiti, nec non omnes alij examinati in Proceſſibus Conſtructis in Ciuitate Neapolis, altero ſcilicèt Informatiuo ſuper Inquiſitione Sanctitatis Vitæ, Virtutum, & Miraculorum Serui Dei, & altero ſuper non Cultu, quorum Summaria data fuerunt in Poſitione ſuper Dubio Introductionis Cauſæ vno ore deponunt, quod prædicta fama communis eſt, in pluribus Locis, & Prouincijs, & originem habuit à Perſonis qualificatis Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, Litteratis, probis, ac fide dignis, nec non à pluribus, Hiſtoricis, & Authoribus, qui ſcripſerunt Vitam Serui Dei, quæ legitur in Refectorio plurium Religionum, & floruit, & ſemper magis viget apud Capitula Magiſtratus, Principes, Epiſcopos, Cardinales,

& Re-

& Reges, vt ſuprà relatum fuit *in §. Ac paritèr &c.*, & ſic ab hac fama excitatæ fuerunt Accademiæ, non ipſa ab Accademiis, quamquàm hæ quoque inſeruire poſſint ad eam quotidiè magis amplificandam, & corroborandam.

Ceſſatque omnis prorsùs difficultas, quià prædicta Accademia facta fuit de Anno 1666. vt in Animaduerſionibus §. *Quodque in Hypotheſi &c.* & tamen idem Reuerendiſſimus Dominus Promotor in ſequenti §. *Et in hoc propoſito &c.* aduertit à Teſte XVI. narratum fuiſſe, quod vſquè de Anno 1629., ſcilicèt 21. Annos à die obitus Serui Dei fuit facta in Ciuitate Neapolis ſolemnis Fæſtiuitas in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris, in qua, vt recognouit idem Reuerendiſſimus Dominus Promotor, & retulit in vtroque Dubio, nempè ſuper Introductione Cauſæ §. *Multum*, & ſuper non Cultu §. *Valdè quoque &c.* publicè expoſitum fuit Corpus Serui Dei, cum appenſione eius Imaginis ſupra Ianuam Eccleſiæ à parte Interiori, abſque tamen radijs, & cum duplici Panegyrico in Laudem ipſius, quorum vnus recitatus fuit à Patre Beluedere Societatis Ieſus, & alter ab Archiepiſcopo Taranti cum Interuentu Electorum Populi, magnoque gentium Concurſu, & quamuis hoc factum, vtpotè contrarium Decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis meruerit ab eadem redargui, ac retractari, negari tamèn non poteſt, vt concludit idem Reuerendiſſimus Dominus Promotor *in dicto §. Multùm &c.* = *Quin reſultet, quod de eo tempore, vigeret in Ciuitate Neapolis, & continuaret fama eius Sanctitatis* = Non incæpit itaque, vt animaduertebatur de Anno 1660., eo ſcilicèt tempore, quo fuit facta prædicta Accademia, dum 40. circitèr Annos anteà adeò publica, & ſolemnis erat.

Prætendit tamèn Reuerendiſſimus Dominus Promotor, quod ab octo, vel decem tantùm Annis hæc fama excitata fuerit, ad quod probandum adducit dictum XIII. Teſtis, qui vt legitur *in Proceſſu fol. 309. tergo*, ſic inquit = *Anzi che ſin dal principio, che hò ſentito nominare detto Padre Franceſco Caracciolo, che ſaranno da otto, ò dicci Anni, ſempre l'hò ſentito nominare in queſta Città di Napoli con opinione, e ſtima di Santità.*

Sed tollitur Animaduerſio non ſolùm ex Reſponſione data in præcedenti Paragrapho, verùm etiàm ex depoſitionibus omnium aliorum Teſtium, tam ex Proceſſu Remiſſoriali, quàm ex Informatiuo, & alio ſuper non Cultu, & ex ſuprà recenſitis Atteſtationibus, ex quibus omnibus habetur, quod hæc fama incæpit in Vita Serui Dei, continuauit ſucceſſiuè, ac abſque vlla Interruptione poſt eius obitum, & quotidiè magis augetur, vt ſuperiùs demonſtratum fuit.

Nec exindè hic Teſtis dicitur alijs contrarius, quià ipſe potuit acquirere hanc notitiam, poſteà & alij priùs, & quandò vis eſſet in tempore, illi, qui plures ſunt, ipſi tanquàm vnico eſſeut de Iure præferendi, *Manſ. conſultat. 228. num. 61. Rota apud Gregor. deciſ. 322. num. 6.*, & apud *Coccin. deciſ. 1923. num. 17., & in recent. deciſ. 272. num. 3. par. 2., & deciſ. 77. num. 7. par. 8., & deciſ. 323. nu. 5. par. 15., & deciſ. 369. num. 65. par. 19.*

Nec quidquàm releuat, quod XIV. Teſtis profiteatur totum, id, quod

ſcit

ſcit de Seruo Dei, aliundè non hauiſſe, quàm à Patribus ſuæ Religionis, & ex Lectura eius Vitæ, quià hoc non deſtruit dicta aliorum Teſtium, qui diuerſis mediis ad eius notitiam peruenerunt, nullaque contrarietas oritur, ſi vnus Teſtis eſt melius Informatus, & plùs, quàm alter deponit, *Alex. conſil.24. num.43. libr.2. Maſcard. de probat. concluſ.1361. num.6. Rota coràm Bich. deciſ.20. num.8. Gregor.deciſ.351. num.22., & in recent. deciſ.371. num.3. par.2.*

Aduertit inſuper Reuerendiſſimus Dominus Promotor, quod hæc fama habere potuit incrementum ab Ignatio de Viues Scriptore Vitæ Serui Dei, & Fratre Germano duorum Clericorum Minorum, nec non ab alijs Religioſis eiuſdem Inſtituti, & cum iſti omnes ſint Intereſſati in promouenda eius Gloria in ſenſu Reuerendiſſimi Domini Promotoris modicam fidem merentur.

Verùm hoc nil detrahere poteſt famæ Sanctitatis Serui Dei, quià fama his modis ſpargitur, & dilatatur, laudeſque, quæ ex deuotorum ore proferuntur vim habent eam amplificandi, & hoc incrementum non magis illis debetur, quàm tot alijs Hiſtoricis, & Scriptoribus, à quibus plures Teſtes profeſſi ſunt mutuaſſe notitiam præclariſſimarum Virtutum Serui Dei, ac Inſignium Miraculorum, quæ ad eius Interceſſionem Altiſſimus facere dignatus eſt, & proindè non ex vno tantùm, ſed ex multiplici Fonte fama hæc latiſſimè exundauit, itàut nulla alia melius fundata reperiri poſſit, aut latiùs diffuſa.

Et viget, & ſemper Vires acquirit eundo.

Ea verò, quæ dicuntur ab Ignatio de Viues, & Religioſis in honorem Fundatoris eorum Inſtituti, debilitari minimè poſſunt ex motiuo præſumptæ affectionis, cum ſint aliundè verificata, à tot alijs Hiſtoricis Teſtibus, & Scriptoribus; Probationes enim ad Inuicem ſe corroborare, & coadiuuare ſolent *Rot. coràm Pamphil. deciſ.659. num.3., & deciſ.1867. num.61. apud Cocein. & deciſ.47. num.17. par.6. recent.*, quæ ideò non ſeparatim, ſed ſimùl iunctæ accipiendæ, & conſiderandæ ſunt *deciſ.27. num.10. coràm ſan. mem. Otthobono, & deciſ.488. num.2. par.18. recent., & coràm Priolo deciſ.219. num.13.*, quià ſic faciunt magis concludentem probationem *deciſ.246. num.27. par.6.*, & cum ſint plures, & diuerſæ ſpeciei, magis rei veritatem relucere faciunt, *deciſ.172. num.11. par.11.*

Non igitur Patres excitarunt hanc famam feruidè promouendo Cauſam Beatificationis, ſed hæc fama ipſos potiùs excitauit, & Inſtantiæ tot Magnatum, & Dynaſtarum, rerumque admirabilium ſeges quotidiè creſcens, vt clarè ſe expreſſit Octauus Teſtis allegatus in Animaduerſionibus, & relatus *in Summario Num.11. pag.49. §.19.* qui ità loquitur = *E circa la pereerebeſcenza di detta fama ſon ſicuro, che ſia creſciuta, ſtante li Padri di detta Religione ſi ſono animati à procurarne la Beatificatione appreſſo la Santa Sede*, = & ſic iſta fama fuit Cauſa, non effectus Introductionis Cauſæ, prout requiritur, cùm ſit vnum ex neceſſarijs requiſitis ad promouendam Canonizationem, vt habetur in Decretis Generalibus *pag.28.*

Subla-

Sublatis igitur omnibus difficultatibus à Reuerendiſſimo Domino Promotore Ingenioſiſſimè demore excitatis, à quibus profectò nulla Cauſa eſt omninò Immunis, reſcribendum videtur conſtare de validitate, & releuantia Proceſſus Remiſſorialis conſtructi ſuper fama Sanctitatis in Genere Serui Dei, itàut procedi poſſit ad vlteriora pro Inquiſitione eiuſdem in ſpecie, vt ſupplicatur.

Quare &c.

Ioannes Baptiſta Lucinus Aduocatus.
Ioan. Franciſcus Fabius è Colleg.
Patronor. Cauſ. S.P. Apoſt.

REVISA

Andreas Pierius Subpromotor Fidei.

Aol 1470a97

NEAPOLITANA

Beatificat: et Canonizat: Serui Dei

FRANCISCI CARACCIOLI

Clericor: Regularium Minor: Fundatoris.

Ad demissas preces postulatorum Causæ Beatific: et Canonizat: Serui Dei FRANCISCI CARACCIOLI. prædicti, ab Emo et Rmo Dño Cārd: Francisco Barberino proposito infrascripto Dubio = An constet de ualiditate Processus Remissorialis Neapoli constructi super FAMA SANCTITATIS in genere dicti Serui Dei, Testes sint ritè et rectè examinati ac de releuantia illius ad effectum deueniendi ad Inquisitionem speciálem in casu &c. Sac: Rit: Congis Rmo Archiepo Myren: Fidei Promotore audito censuit constare si Smo Dño Nro uidebitur. Die 12 Aptis 1704.

Et facta deindè per me Secret: de prædictis Smo D.N. relatione. Sanctitas Sua benignè annuit. Die 19 eiusdem Mensis Aptis. et Anni 1704 —.

G: Card: Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami Sacr: Rit: Congis Secretus.

AC1 1470497